NIHIL Vnq̃ minus eſſe hominis exiſtimaui Accolte Clariſsime q̃ quum aliis prodeſſe poſſis, Id vel negare vel ſaltem nimia cunctatione differre. Si quidem non natura ſolum ipſa nobis inſitum eſt, vt homo homini opitulari debeat, ſed & veterum philoſophorum auctoritate, atq; preceptis hoc ipſum admonemur. Et diuinus ille Plato teſtatur. Non ſolum nobis ipſis notos eſſe, ſed noſtri ortus partem patriæ, partem amicis nos, debere. Quum igitur amicorũ præcibus deuictus. quorum deſideriis obſequi ſemper ſtudii: quæ iam pluribus annis, dum in eccleſiaſtico ſacroq; verſarer foro de penſionibus eccleſiaſticis ſcripſeram, Ad communem omnium vtilitatem in mediũ afferre & calcographis imprimenda exibere decreuiſſem nunq̃ mihi dubium fuit quin haſce noſtras elucubratiunculas ſi quãdo in lucem emitterem eas tibi precipue dicarem. Tu igitur non modo Princeps mihi ex omnibus occurriſti vnus. Sed plane ſolus, cui cum plurimis honeſtiſsimiſq; de cauſis plurimum deberem eas dicarem vel pro tua in me ſingulari egregiaq; beneuolentia. vel officio in te meo perpetuoq; nexu, quibus tibi obſtringor vel, quod precipuum mihi ſemper fuit. Quod quum cæteris ornamentis quibus familia tua ſemper emicuit, præcipue tamen literarum ſtudiis ornatiſsima omni tempore extitit. Id vero Princeps facile teſtabitur Benedictus Accoltus auus tuus paternus vir ſumma doctrina ſummaq; integritate prȩditus, qui de bello a Chriſtianis contra barbaros pro Chriſti ſepulchro, & iudea recuperandis geſto non minus docte q̃ accurate ſcripſit & Fráciſcus ille Accoltus eius frater cuius ipſe pronepos exiſtis accutiſsimi vir ingenii. Qui iuris ſciẽtia adeo claruit vt ætate ſua iureconſultorum Princeps nũcupari meruerit, cuius ingenii ac doctrinæ vires quales quantæq; extiterint tot præclara eius in vtroq; iure commẽtaria poſteris relicta facile oſtendunt. Horum veſtigia ſecutus Petrus Accoltus patruus tuus ita & ipſe iuris ſcientia præcelluit, vt inter priſcos illos Scæuolas. Papinianoſue vulpianoſq; connumerari iure potuerit, quo factum eſt, vt a Iulio ſecundo Pontifice Maximo in Cardinalium numerum aſcitus Romanam tot annis ſuis virtutibus illuſtrauit

ecclеſiam : Accedis & ipſe demum hoc tempore cuius excellens in/
genium, probatiſsimos mores, fidem, religionem, pietatem, innatam
egregiamq; liberalitatem, modeſtiam, probitatem, in proſperis pruden/
tiam, in aduerſis conſtantiam, animiq; fortitudinem nemo eſt, qui non
modo obſeruet, verum etiam admiretur, & colat: tu igitur maiorum tuo
rum hereditario quodam iure veſtigia ſecutus, bonarum artium ſtudiis
adeo operam nauaſti vt eloquentię etiam partes omnes vigiliis, labori/
bus ingenii acumine, aſsiduaq; exercitatione (quod ætate noſtra paucis
accidit, aſſecutus fueris. quo fit vt a nemine huius noſtri ſeculi q̃uis elo/
quentiſsimo ſupereris: & cum quocumq; doctiſsimo cõtendere, & de lau
de certare poſsis, hiſce tuis ornatiſsimis virtutibus commotus ſummus
ille Pontifex Clemẽs ſeptimus te ampliſsima cardinalatus dignitate de/
corauit, ad quam euocatus non modo vt plerunq; faciunt ad ſummos di
gnitatum gradus euocati veteres deſpexiſti amicos, verum illa tua ſolita
& incomparabili magnanimitate quoſcumq; viros litteratos, quoſq; vir
tute excellere noſti, non ſolum benigne ſuſcipis, ſed ad te vocas. vocatos
non modo laude & gloria cumulas, ſed muneribus ampliſsimis, pręmiis
quod tuum eſt, inuitas & decoras, quod vtiq; tibi immortalitatis nomẽ
longe lateq; apud poſteros comparauit: Has igitur Gigãtis tui vigilias
qualeſcunq; ſint pater ampliſsime, eo quo exhibentur animo ſuſcipias
queſo. meq; ea qua ſoles incomparabili humanitate tua complectere.
& patrocinio amplitudinis tue foue, quod ſi feceris, & morem inſtitu/
tumq; tuum bene ſemper de omnibus promerendi ſeruaris, & me ad
alia emittenda quæ ſub incude ſunt inflammaris bene vale ex incli/
Ciuitate Venetiarum octauo calendas maii anno a Chriſti ſeruato/
ris natiuitate. M. D. XLII.

INSIGNIS ET ELEGANS
TRACTATVS DE PENSIONIBVS ECCLESIASTICIS,

Non minus vtilis q̃ neceſſarius p Conſummatiſſimũ Vtr. Iur. Doctorẽ D. HIERONYMVM Gigantẽ Foroſempronienſem Elucubratum.

Quid ſit penſio & unde dicatur. Quæſtio. I.

1 *Diffinitio quid ſit.*
2 *Beneficium eccleſiaſticum quid ſit.*
3 *Penſio regulariter aſſignatur in certa quantitate, non in quota.*
4 *Penſio per Epiſcopum ſine cauſa aſſignari non poteſt.*
Quę ſint cauſę ex quibus aſſignatur penſio.
5 *Beneficium Eccleſiaſticum eſt perpetuũ, penſio aũt temporalis.*
6 *Bona quę dicantur eſſe de menſa.*
7 *Bona quorum directum dominium eſt Eccleſię vtile alterius non dicũtur eſſe de menſa.*
8 *Feuda & emphitheoſis quę ad Eccleſiam reuertuntur an dicantur eſſe de menſa.*
9 *Penſio vnde dicatur.*

1 SCriptum eſt apud Ciceronẽ in primo officiorum ꝙ omnis quęſtio a diffinitione proficiſci debet, vt ſciamus quid ſit id de quo diſputaẽ. Eſt enim diffinitio ſecũdum Boetium, oratio cuiuſcũq; rei ſubſtantiam demonſtrans: vt refert glo. in. l. omnis diffinitio. ff. de regul. iur. & quidditatem rei oſtendit: vt dixit Aret. in. l. Moribus col. z. verſi. ſecundo. nota arguinẽtum. ff. de vulg. & pupil. ſubſti. allegat tex. in. l. prima. §. dolum. ff. de dolo: & Baldus in proœmio decretalium diffinitionem eſſe dixit propoſitionem ſubſtantię propriam qualitatem comprehendens. Operępretium igitur eſt videre, in primis Quid ſit Penſio de qua in pręſenti tractatu agẽdum eſt: & vnde dicatur, Vulpiani iuriſconſulti cõſilium ſequendo qui in ſimili in. l. prima. ff. de Iuſtitia &

iur. Inquit, iuri operam daturi prius noſcere oportet vnde iuris nomen deſcēdat. Dicendum eſt igitur ſm Laur. in clemē. 1. de ſuplen. negligen. prælat. quòd Penſio eſt certa portio ex aliqua menſa vel beneficio ex cauſa ad tempus nōn in perpetuum ſeparata. Iſtam diffinitionem refert & ſequitur Cardi. in. d. clemē. 1. in. §. 1. q. iii. Imol. tamen ibidem colū. iii. in verſic. circa ſecundam partem ampliat hanc diffinitionem dicēs, ꝙ Penſio eſt certa portio ex menſa vel beneficio ex cauſa ad tempus non perpetuo ſeparata, & pendet a proprietate beneficii a quo extrahitur: ſicut vſuſructus a proprietate. allegat tex. in. c. fin. de pignor. et. 16. q. 1. c. poſſeſſiones & xii. q. ii. c. quicunq;. Prædicta diffinitio competit penſioni quatenus eſt commodum temporale nil ſpiritualitatis habens: & de iſta ſpecie penſionis agemus in præſenti tractatu noſtro. ſecus autem eſſet diffinienda Penſio, quando conſueuiſſet pro beneficio eccleſiaſtico clerico aſſignari: tunc enim diffinitur ſicuti beneficium, vt dixit Cardi. in. d. clemen. 1. †Qualiter autem diffiniatur beneficium eccleſiaſticum, quia non eſt præſentis ſpeculationis, non pono: ſed uide Petr. de Anch. in. c. 1. de regul. iur. in. vi. colū. 1. uerſi. Venio ad quæſtionem. Innoc. & Hoſtieñ. in Rub. & in. c. relatum de præbē. Abb. in. c. de multa eod titu. & late per Ioā. de ſylua doctorem ultramōtanum in tractatu ſuo de benefi. q. 1. & per Fely. in. c. in noſtra colum. v. in uerſic. reſtant multa de reſcript. & habetur per ſummiſtas rub. de præben. & dignit. †Dicitur autem in dicta diffinitione, ꝙ Penſio eſt certa portio, quia regulariter aſſignatur in certa quantitate non in quota, vt videbimus. infra. q. viii. et q. ix. †Dicitur ex cauſa, quia per Epiſcopum aſſignari non poteſt ſine cauſa. Oldra. conſi. ſuo. 226. Incipiēte quidam Epiſcopus, & Petrus de anch. in conſil. 274. incipiente, quæſtio proponitur: Quinimmo ēt per Papam regulariter non aſſignatur Penſio ſine cauſa ſuper fructibus beneficii: licet id facere poſſit cum ſit Dominus beneficiorum clemē. 1. cum vulgaribus vt. lit. pendē. de hoc. tamen dicetur infra. q. vi. Quæ autem ſint cauſæ ex quibus Pontifex mouetur ad aſſignandum penſiones ſuper fructibus beneficiorum, dicas plures eſſe: prima, Ratio meritorum eius cui aſſignatur erga eccleſiam ex qua cauſa etiam Epiſcopus penſionem aſſignare poteſt, de quo dicam infra. q. vi. alia cauſa eſſe poteſt ut prouideat clerico ad hoc vt ſuſtētari valeat, vel Cardinali, ſeu alicui alteri Prælato vt ſtatum ſuū decentius valeat ſuſtinere ſiue alia ſimili de cauſa. & iſtæ ſunt cauſæ lucratiuæ. Aliquæ ſunt cāę onéroſæ ꝓpter quas

Margin numbers: 2 at "cium, vt dixit", 3 at "tur per ſummiſtas", 4 at "q. ix."

pontifex ſępe mouetur ad obſeruandas penſiones, vtputa quãdo alter, litigantium ſuper beneficio cedit iuri liti & cauſę ad commodũ alterius conlitigantis: & Papa tunc cedenti pẽſionem reſeruat ſuper fructibus illius beneficii vel alterius. Item quando quis renunciat beneficio, & Papa illi ne nimium diſpendium patiatur penſionem reſeruat. alię poſſent aſſignari cauſę quib⁹ Papa moueri poſſet, ſed eas breuitati ſtudendo omittam. cum & ſine cauſa Papa poſſe penſionem aſſignare non ſit dubium, de quo dicam, infra. q. xi. Adde ꝙ Paulus de Roma in tract. ſuo de penſ. nuper in lucem edito plures cauſas ponit in. i. q. d. ſui tractatus, ex quibus Papa moueri poteſt ad reſeruationem penſionis alicui faciendam. cum audire poteris.

5 †Dicitur ad tempus ad differentiã beneficii eccleſiaſtici quod perpetuum eſt. Penſio autem extinguitur regulariter mortuo Penſionario cui ſoluitur ſicuti finitur: vſufructus morte vſufructuarii. §. finitur. Inſtit. de vſufruc. nec tunc impetrari poteſt tanq̃ vacans. Beneficium autem eccleſiaſticum cum ſit perpetuum cum vacat

6 impetratur & alteri confertur: de quo vide infra. q. xii. †Quę autem dicantur bona eſſe de menſa Abb. poſt Innocen. in. c. vt ſuper colum. 3. dicit ꝙ bona quorum proprietas & vtilitas ad Eccleſiam pertinet, & quę fuerũt longo tempore in bonis eccleſię dicuntur de menſa, quia neceſſitatibus menſę & vtilitatibus eccleſię & aliorum indigentium deſeruiunt. ſubdens idem Abb. ꝙ ad iſta extenditur iuramentum pręlati de non alienando bona eccleſię, aſſerens idem eẽ

7 de bonis nouiter acquiſitis Eccleſię ex donatione vel legato. †Bona autem quorum proprietas eſt eccleſię, eorum autem alius habet vtile dominium, vt ſunt feuda & bona emphiteotica, non dicuntur de menſa: vt per doct. in d. c. vt ſuper vbi Innocen. Imol. Siculus & alii & per doct. vbi idem Siculus late in clemẽ. i. de reſcript.

8 †Nunquid autem feuda & emphitheoſis quę per generationẽ finitam vel non ſolutionem cenſus ad eccleſiã ſunt reuerſa: vt in. c. 2. de feud. & in. c potuit de locat. dicantur eſſe de menſa, tradunt late Innoc. Anto. de Butr. Imol. Abb. & alii in d. c. vt ſuper Card. & alii in clemẽ. i. de Exceſ. plat. in. §. pſentatos & in. d. clemẽ. i. de reſcrip. In quibus locis doctores examinãt an talia bona ad eccleſiã reuerſa poſſint de nouo infeudari vel in emphitheoſim cõcedi p pլatũ, ſine conſueta ſolennitate, & quantũ tempus requirat poſt eorum reuerſionẽ ad eccleſiam, vt dicãtur de menſa, eos videre poteris. Vnde autem dicatur penſio: dicendum eſt ꝙ dicitur a pendeo, quia pendet a beneficio formaliter, ex quo extrahitur: ſicuti vſu-

ſructus a proprietate vt in.d.c.fin.de pignor. &.d.c. poſſeſſio-
nes.xvi.q.prima.&.c.quicũq;.xii.q.ii.Ita dixit Laur.quẽ refert
& ſequitur Cardi.in.d.clemẽ.prima. §. eadem.q.iiii.de ſupplẽ.
negli.prelat.& Ioan.Bap.Caccialupus in trac.ſuo de Penſ.q.z.
& Firmanus in ſuo Repertorio in verbo penſio.verſiculo.vii.

Penſio, quo iure fuerit introducta. Quæſtio.z.

1 *Tituli beneficiorum ſunt de iure poſitiuo.*
2 *Euariſtus Papa Titulos in vrbe Roma presbyteris diuiſit, & diaconos in ordinem redegit.*
3 *Epiſcopalis dignitas eſt de iure diuino.*

1 SEcundo querritur quo iure introducta fuerit penſio.dicendũ
eſt ꝙ iure poſitiuo:quod manifeſte colligit ex eo ꝙ tituli be
neficiorũ ſunt de iure poſitiuo,nõ diuino, vt latiſſime examinat
Ioã.de Sylua Doctor vltramõtanus in tractatu ſuo de beneficio
in prima parte.q.4.vbi copioſe ad partes arguit.& ita concludit
Abb.in.c.conſtitutus de relig.domi.col. antepenult.dum dicit
ꝙ de titulis beneficiorum Papa diſponere poteſt ad libitum ſuũ
& idem Abb.in diſputatione incipiente Epiſcopus.col.z.verſic.
Sed ad propoſitum:adducens ad hoc bonum text.in.c.primo &
ſecũdo.xxii.diſti.vbi tex.dicit Papam, Patriarchas, Archiepiſco
pos,Epiſcopos ac alios in dignitate eccleſiaſtica conſtitutos in-
ſtituiſſe.Ad idem facit tex.in.c.in illis.lxxx.diſtin.Ponit Fely.in
c.cum acceſſiſſent de Conſti.& Card.in.c.primo.xliiii. diſtinct.
col.4. verſ.& quantum poſtea. Idem voluit Archi. in.c. omnes
xxii.diſtinc.Et Prepoſitus in.c.latorem. xii.col.verſi.Sed poſſet
2 prima.q.1. †Facit que ſcribit Platina in uita Euariſti Pape.vii.
eius nominis vnici:vbi dixit ꝙ Euariſtus papa titulos ĩ vrbe Ro
ma presbyteris diuiſit,& diaconos ſeptem in ordinem redegit:
3 †Verum eſt ꝙ Epiſcopalis dignitas eſt de iure diuino:vt late tra
dit Barbatia in ſuo eleganti trac.de preſtant.Cardin.q.1.Licet
ordinatio perſonarum que in Epiſcopatu preſiderẽt & dioceſum
limitatio fuerit & ſit de iure poſitiuo:ut tradit idem Io.Sylua.in
d.ſuo tract.q.iiii.colu.antepenult,verſ.unde ex predictis. Sicuti
ergo beneficia ſunt de iure poſitiuo: ita pariter eſt dicendum
in Penſione que eſt certa portio ex beneficio,ex quo extrahitur
dependẽs,vt dictum fuit ſupra.q.1.facit regula acceſſorium de

regul.i ut.in.vi.Et inuenta fuit Penſio a ſummis Romanis Pontificibus ex rationabili cauſa: a quo vero Pōtifice primum introducta fuerit, non memini me legiſſe.

Quot ſint ſpecies penſionum. Quæſtio.3.

1 *Penſionum quædam dantur in titulum beneficij.*
2 *Penſio quædam datur pro ſeruitio temporali.*
3 *Penſio quę datur, datur loco beneficij ex cauſa oneroſa.*
4 *Penſio quędam datur ex cauſa lucratiua.*
5 *Penſio quędam apponitur per patronum in fundatione beneficii.*
6 *Penſio quędam aſſignatur clerico per laicum in titulum beneficii pro recipiendis ordinibus.*

TErtio quęritur quot ſint ſpecies penſionum quę imponuntur ſuper aliqua menſa beneficio vel loco pio. Laur. in d.clemen. 1 .§.eadem de ſuplen.neglig.prę lat. duas penſionum ſpecies eſſe atteſtatur: vnam licitam, vt in.c.quicunq;.xii.q.2.& in.c.poſſeſſiones.xvi.q.1.& de hac dicetur in ſequenti.q. Altera vero eſt illicita, vt in.d.clemen.1.& de iſta dicemus infra.q.v. Iſtam diuiſionem ſequitur Card.in.d.clemen.1.§. eadem in.v.q. & ibidem Imol.colum.iii.verſic.quęro quot ſint ſpecies.et Caccialupus in
1 d.tract.ſuo de penſio.q.iii.†Licitarū autem penſionum quędam eſt quę datur in titulum beneficii, vt eſt quando certa portio ex pingui beneficio extrahit, vt deinceps ſit perpetuū beneficium, de qua per Cardi.in clemen. 1.§.1.de ſuplen. negl.ꝑla.& habetur per doct.vbi Abb.in.1.not.in.c.conquerēte de cler.non reſidē.de qua dicā infra.q.28.verſ.iiii.limita & in pluribus aliis lo
2 cis huius tractatus.† Quędā alia eſt quę datur pro ſeruitio impenſo vel impendendo, vtputa pro pulſando campanas, pro aperiendo fores eccleſię, pro aduocando & ſimilibus. de qua dicam infra.q.54.et.q.67.verſ. Secunda autē concluſio.& in pluribꝰ
3 aliis.q.† Quędā datur loco beneficii de qua in.c.q̄uis de ꝑben. in.vi.& iſta aliquando dat ex cauſa oneroſa, vt puta quando reſeruatur ex cauſa ceſſionis iuris & extinctionis litis & cauſę alteri cō litigātium ſuper beneficio, ſiue ex eo ꝙ quis beneficium reſignauit ne ex reſignatione nimium patiatur diſpendium, de qua dicā in pluribus.q.huius tractatus, & ꝑſertim in.q.lxvii.ſupra alleg.
4 verſ.tertia cōcluſio.† Aliqua aſſignat ex cauſa lucratiua vtputa

quãdo Papa aſsignat alicui pẽſionem ſuper fructibus beneficij,
5 vt commodius ſuſtentari valeat, vt fit tota die. † Item aliqua eſt
penſio que apponit̃ per patronum in fundatione eccl'ſię de qua
6 in.c.quanto de conſt. † Alia eſt penſio quę aſſignatur clerico per
laicum, in titulũ beneficii pro recipiẽdis ordinibus, de qua habet
per Felyn.in.c.poſtulaſti:col.ix.verſ.tertia declaratio de reſcript.
Illicitę etiam penſiões plures ſunt, de quibus dicam infra.q.v.

Quæ ſint penſiones licitę. Quæſtio. 4.

1 *Penſio non debet eſſe talis, q̃ rectori eccleſiæ non remaneat tm̃ vnde viuere poſſit.*
2 *Penſio illi qui beneficium reſignauit, licite reſeruatur.*
3 *Penſio qñ ſup̃ fructibus monaſteriorũ & epiſcopatuũ reſeruari poſſit.*
4 *Renuncians beneficium ſalua conſcientia obtinere poteſt penſionem ſu per illius fructibus a Papa.*
5 *Renunciatio beneficij debet eſſe pura & libera.*

QVarto quęritur quę ſint penſiones licitę. In iſta.q.dicen-
dum eſt q̃ penſiones licitę dicuntur quę reſeruantur ſuper
fructibus beneficiorũ fraude ceſſante. facit tex.in.c.extir-
pãdę.in.§.ſi vero.vbi Abb.col.2.verſ.ex prędictis.nota de prębẽ.
ad idem tex.in.c.ad audientiam.el.2.de reſcrip.& in.c.q̃uis.el.1.
de prębẽ.in.vi.ita concludit Abb.in.d.c.ad audientiã.col.2.vbi
Fely.col.1.verſ.ſecunda concluſio, dicentes q̃ ex cauſa licita & ho
neſta poteſt alicui conſtitui penſio danda ex redditibus beneficii.
pro hoc ẽt facit tex.in.c.conquerẽte.de cleri.non reſi. vbi Abb.in
1 1.nota. † Et ad hoc, vt penſio ſit licita, non debet eſſe adeo exceſſi
ua, q̃ non remaneat rectori eccleſię tm̃, vnde viuere poſſit cõmo-
de, vt inquit Abb.in.d.c.conquerente.col.2.allegat in argumen-
tum.tex.in.c.vacãte, & in.c.cum cauſam.de p̃ben.quem ſequitur
Fely.in.d.c.ad audientiam.col.1.in allegato verſ.ſecunda conclu
ſio, ſubdens q̃ pro bono pacis licite conſtituitur penſio: ad quod
eſt tex.notabilis in.c.niſi eſſent.de prębẽ. vbi alteri litigantium
fuit pro bono pacis conſtituta annua penſio. Ex quo colligitur q̃
licita eſt penſio quam collitigans cedendo iuri liti & cauſę in fa-
uorem collitigantis, ſibi reſeruari obtinuit ſuper fructibus benefi-
cii, de quo lis erat, vel alterius quod collitigans obtinebat, prout
2 hodie paſſim fit. † Item licita eſt pẽſio conſtituta alicui qui benefi

ciuū reſignauit etiam ſi alias non eſſet renunciaturus niſi pēſio aſ ſignaretur, vt per Fely.in.c.ex parte.el.1.col.2.verſi.Abb.in.c.cū pridem de off.deleg.& idem Fely.in.c.non ſatis de ſimon.accedant ea quę voluit Prępoſitus in.c.ſed adhuc.1.q.3.col.2.in verſi.& prędicta: vbi dicit, ꝙ non licet Cardinali reſignare beneficiū adhibita pactione, ꝙ ſibi reſeruetur annua penſio ſuper fructibus beneficii reſignati. hoc enim eſſet ſimonia. allegat notata per gloſam in.c.ex parte.de offi.deleg.ideo dicit cautelam eſſe, ꝙ Papa inducat Cardinalem ad renunciādum, & apponat poſtea certam penſionem ſuper fructibus beneficii reſignati ſoluendam annuatim Cardinali: quia hoc tranſiret ſine vitio ſimonię. argumento tex.in.d.c.niſi eſſent de pręben.ſubdens idem Dominus Prępoſitus, ꝙ pro ſalute multorum qui antequam beneficia reſignent, conueniūt ſuper penſi one habenda, conſuluit ꝙ ante reſignationem liceat huiuſmodi tractatum facere inter renunciantem & eum in cuius fauorem intendit renunciare, qui penſionem ſoluere debet: ita & taliter, ꝙ aliquid libere non concludatur, ſed totū arbitrio Papę remittatur: & ſi pactiones inter ipſos concludantur, fiat cum conditione, ſi ſanctiſſimo Domino Papę placuerit, & eo approbāte, vt notatur in ſimili in.c.1.de rer.permut.in.vi. & dicit, ꝙ vtilius eſſet aſſignare Reuer. Dominis Cardinalibus tot penſiones q̄ concedere eis tot eccleſias vel monaſteria in commendam quę eccleſię deſtituūtur.

3 † Et eſt ſciendum, ꝙ penſio ſuper fructibus monaſteriorum & epiſcopatuum aſſignari non pōt niſi ex cauſa reſignationis, vel ex alia cauſa quę in conſiſtorio Papę ſecreto iuſta probabilis & honeſta habita fuerit: vt eſt ſancitū in nona ſeſſione vltimi Lateranēſis concilii in bulla reformationis curię. ſi autē habens beneficium cogitet & in mēte gerat illud reſignare in alicuius fauorē, vt ſibi ſuper illius fructibus annua pēſio aſſignetur: iſtud licet ſit ſimonia mētalis, tollitur tū per pęnitētiā. c.fi.de ſimo.tradit Prępoſit.in ſumma.1.q.1.quemadmodum q̄n quis renunciat beneficiū gerens in animo vt illud detur nepoti: nā licet peccet, non tū ſimoniam cōmittit, niſi ita pactus fuerit, vel hanc ſuam intentionem renunciando expreſſerit. tunc enim & peccat, & ſimoniam committit. ita Prępoſit. in.c.quicunq;.1.q.1. Abb.in.c.cum vniuerſorū.col.1.verſi.oppono contra de rer.pmu. & Archi.in.d.c.quicunq;.hoc quod dicitur de reſignatione locum habet quando reſignatio fit coram ordinario. Nam ſi fiat in manibus papę vel eius vicecācellarii expreſſe in fauorem certe pſo

4 ne non reputaſ ſimonia. † Quinimmo ſalua conſcientia poteſt quis reſignare beneficium in manibus Papę obtinendo a Papa impoſitionem annuę penſionis ſoluendę ſibi annuatim per ſue ceſſionem in dicto beneficio de fructibus illius, etiam ſi renunciãs prius cum amico tractaſſet, ꝙ ſi ipſum beneficium a Papa obtineret, ſolueret ei dictam penſionem ac ipſe renuncians ſemp in animo habuerit, ꝙ ille amicus ſtatim ei habeat ſuccedere in illo beneficio, alias illud non renunciaſſet, ſi ſecus credidiſſet. Talis enim tractatus, Simoniam etiam mentalem non inducit vt tenuit Fely. in. d. c. ad audientiam. col. 2. verſic. tertia concluſio, vbi dicit ſe ita conſuluiſſe; & hanc ſuam opinionem comprobat
5 iuribus & auctoritatibus. † Dicit enim ꝙ licet renũciatio debeat eſſe libera pura, & ſine vlla pactione. c. ex parte. el. 1. cum gloſ. in verbo omnino de offi. deleg. tamen impetrare a Papa reſeruationem dictę penſionis ipſam reſignationem non inficit poſtquã cum priuato nulla eſt inſerta conuentio in renunciatione. Ita dicunt Abb. Ioan. de ana. & Marianus, Sozi. in. c. nõ ſatis de ſimo. vbi volunt ꝙ ceſſante pactione inter priuatos poteſt Papa concedere penſionem ei qui renunciaſſet. Idem tenet Archiep. flor. in ſecunda parte ſuę ſummę tit. 3. c. v. verſ. de renunciatione dicens, ꝙ auctoritate ſuperioris licite fieri poteſt, ꝙ dimittenti beneficium detur aliquid temporale. allegat ad hoc Anto. de Butr. in. c. 2. de arbitr. qui hoc dicit per tex. in. d. c. niſi eſſent, hęc ſunt quę Fely. adducit in. d. c. ad audientiam, qui iſtam opinionem latiſſime comprobat. eum videre poteris. Hanc etiam opinionẽ ſequiſ dñs Angelus de caſtro in dicto. c. ad audientiã. col. 1.

Penſiones illicitę quæ ſint. Quęſtio. 5.

1 *Penſio quę ſine auctoritate ſuperioris imponitur, eſt illicita.*
2 *Penſio nimis oneroſa, Rectori beneficij eſt illicita.*
3 *Penſio adhibita expreſſa pactione ꝙ reſignanti reſeruet, eſt illicita.*
4 *Penſio illicita dicitur, quę diminutis eccleſię redditibus, eccleſiam nimis grauat.*
5 *Penſio ex falſa cauſa aſſignata, eſt illicita.*

QVinto quęritur, quę ſint penſiones illicitę & a iure reprobatę. circa hãc. q. dicendum eſt, ꝙ Penſiones quę in fraudẽ canonum cõſtituuntur ſunt illicitę: vtputa quando Penſio

conſtituitur ei qui beneficii capax non eſt, vt voluit Abbas in.c.ad audientiam.el, 2.colū.2.verſic.in glo.1.de reſcrip.& latius idem Abb.in.c.cōquerente.in verſic.ſed oppono contra de cleri.nō reſidē.vbi dicit, ꝙ tunc in fraudem conſtitui dicitur penſio, quando Eps habens nepotem paruulum cui non valens de beneficio vacante prouidere illud alteri contulit reſeruata penſione ſuper illius fructibus nepoti.eo enim caſu penſio eſt illicita.allegat tex.in.c.extirpandę.in.§.fi.de prębē. Hanc concluſionem firmat Fely.in.d.c.ad audientiam.col.1.in prima concluſione dicens, ꝙ dicta concluſio exemplificari poteſt in caſu.c.audiuimus. de colluſ. & ꝙ pro ipſa facit tex.in.d.c.niſi eſſent.cum glo.in fine. de p̄ben. Hanc etiam cōcluſionem firmat Caccialupus in trac.ſuo de penſ.q.4.ſubdens, ꝙ poteſt etiam exemplificari in caſu.clemen.1.§.eadem de ſuplen.neglig.plat.vbi nouę penſiones prohibentur, & antiquarū penſionum

1 augmentatio. †Tu vero prędictis adde, ꝙ etiam illicita penſio dicitur illa quę ſine auctoritate ſuperioris eſſet promiſſa & a promittente ſolueretur ſuper fructibus beneficii, quia penſio ſine ſuperioris auctoritate nudo partium conſenſu imponi non poteſt. text.eſt apertus in.d.§.an eadem.& in.d.c.niſi eēnt.§.quia igitur ibi non

2 quidem ex pactione partium. †Secundo dicas, ꝙ etiam illicita dicetur pēſio quę adeo eſt exceſſiua, ꝙ Rectori beneficii eſt ita onēroſa, ꝙ ex reſiduo fructum beneficii grauati onere penſionis commode ſuſtentari non poſſet: vt colligitur ex doctrina Abb.in.d.

3 c.conquerēte col.2.verſi.ſed oppono. †Tertio dicas, ꝙ penſio illicita dicetur etiam quando quis renunciat beneficio hac pactione expreſſe adhibita, vt ſibi reſeruetur annua penſio ſuper fructibus beneficii renunciati: hoc enim eſſet ſimonia. glo.in.c.ex parte.de off.deleg. Ita tenuit Prępo.in.c.Sed adhuc col.2.verſ.& per p̄dicta.1.q.3.loquens in Cardinale faciunt ea que voluit Archi. in.d.c.quicūq;.1.q.1.vbi dixit, ꝙ voluntas renunciandi beneficium ad cōmodum alterius non facit quem ſimoniacum, etiam ſi ad actum renunciandi progrediatur, dūmodo non deueniatur ad actum paciſcendi.& hanc concluſionē ſequitur Fely.in.d.c.ad audientiā.col.2.verſi.Eſt verum, ꝙ frater & docto.in.c.fin. de ſimo. Si autem non fuerit expreſſe pactum inter partes de penſione ſoluenda, ſed bene cogitatū & tractatū, hoc non facit, ꝙ pēſio, quę poſtmodum reſeruatur ſit illicita. videmus enim quotidie in manibus Papę fieri reſignationes beneficiorū cum reſeruatione penſionis ipſis reſignātibus Papa ſciēte, ꝙ ambę partes de hoc prius

tractarunt, & tamen Romana curia dat literas. Quinimmo illis etiam expediendis datur forma per regulas cancellariȩ, vtputa q̃ non valeat aſſignatio penſionis niſi de conſenſu illius qui beneficium poſſidet. vnde ſi auctoritas Papȩ non operaretur plenã ſecuritatem etiam in foro conſcientiȩ, non toleraſſent tot Romani Põtifices talia, neq; illis formam dediſſent: vt fecerũt Martinus. v. Eugenius. iiii. Paulus. ii. Innocentius. viii. Alexand. vi. Iulius. ii. Leo x. Clemens. vii. Hadrianus. vii. in eorum conſtitutionibus, & cancellariȩ regulis. cum igitur iſte ſtilus Curiȩ cum religioſis verſet, & aliis integerrimis viris, quibus cum onere pẽſionis quotidie Papa prouidet de beneficiis renunciatis, dicendum eſt eos tutos eſſe in foro conſciẽtiȩ. nam ſi auctoritas Papȩ non redderet eos tutos, laqueus valde vniuerſalis immineret. iſta ſunt verba Felyni. in. d. c.
4 ad audientiam. col. 3. in princ. † Quarto illicita penſio eſſe dicetur illa, quȩ licet a principio licita fuerit, poſtmodum redditibus eccleſiȩ diminutis cœpit eſſe nimis oneroſa eccleſiȩ: quo caſu reduci debet ad honeſtam quantitatem de quo dicemus infra. q. xxxv.
5 † Penſio illicita dicetur quando ex falſa cauſa fuerit impoſita vt dicemus infra. q. 54. vbi dixi an qũ clericus poſſidens beneficiũ pacifice patiẽ ſe ab alio moleſtari colluſiõe inter eos facta, vt poſtmodũ pro redimẽda huiuſmodi vexatione pẽſio reſeruetur ipſum moleſtãti, valeat pẽſio per colluſionẽ impoſita de quo dic vt ibi dixi.

Quis poſſit penſionem imponere. Qõ. 6.

1 *Papa eſt dominus beneficiorum.*
2 *Epiſcopus an poſſit penſionem aſſignare.*
3 *Epiſcopus an ex mero ſuo officio poſſit aſſignare penſionem.*
4 *Epiſcopus pro bono pacis ordinare poteſt vt alteri parti aliquid detur litiganti ſuper beneficio.*
5 *Epiſcopus non aſſignat penſionem cum poteſtate transferendi.*
6 *Papa an ſine cauſa penſionem poſſit imponere.*
7 *Papa regulariter penſiones non imponit ſine cauſa.*
8 *Conuentiones partium de penſione danda accedente auctoritate Papȩ ſunt licitȩ.*
9 *Papa ſine cauſa diſpenſare poteſt in his quæ ſunt de iure poſitiuo.*
10 *In beneficialibus Papæ eſt pro ratione voluntas.*
11 *In prohibitis a ſolo iure poſitiuo ſola voluntas ſufficit in Papa.*
12 *Papa ſemper prȩſumitur motus iuſta cauſa.*

13 *Diſpenſatus à Papa in his quæ ſunt iuris poſitiui ſine cauſa eſt tutus in foro conſcientiæ,*

14 *Fallit quando ius poſitiuum eſſet fundatum aliqua ratione iuris diuini.*

15 *Fallit quando ius poſitiuum eſſet fundatum ſuper bono publico.*

16 *Diſpenſatio Papę contra ius diuinum ſine cauſa non valet.*

17 *Papa ſine cauſa imponere poteſt penſionem ſuper beneficio.*

18 *Legatus Papę an penſionem reſeruare poſſit.*

19 *Legatus de latere non poteſt conferre beneficia reſeruata.*

20 *Legatus ſimplex an poſſit penſionem reſeruare.*

21 *Legatus habet maiorem prærogatiuam q̃ Epiſcopus.*

22 *Legati ſimplicis auctoritas tanq̃ extraordinaria reſtringi debet.*

23 *Legatus natus non confert beneficia.*

24 *Legatus habens taxatam auctoritatem in conferendo & reſeruando penſionem an illam excedere poſſit.*

25 *Patronus an poſſit grauare penſionem eccleſiaſticam à ſe fundatam tempore fundationis.*

SExto quęritur quis poſſit penſionem imponere ſuper fructi-
1 bus beneficiorũ.†Nec de Papa eſt ambigendum, cum ſit do-
minus beneficiorum.clemen.1.in fine. vt lit.penden.vbi elegan-
ter inquit tex.ꝙ ad Romanum Pontificem eccleſiarum.perſona-
tuum dignitatum aliorumq; beneficiorum eccleſiaſticorum ple-
na & libera diſpoſitio ex ſuę poteſtatis plenitudine noſcitur perti-
nere. idem dicit text.in.c.ii.de pręben.in.vi.facit etiam text.in.c.
propoſuit.de conceſ.pręben. & in.c.omnes.xxii.diſtinc.c.quod au-
tem.23.q.7.c.ſi Papa. de priuileg.in.vi.c.cuncta per mundum.
9.q.vi.c.per principalem.2.q.vi. & de auctoritate Papę in bene-
ficialibus. vide late per Specul.in titul.de legat.§.nunc oſtenden-
2 dum.†An autem epiſcopus pẽſionem conſtituere poſſit alicui ſu-
per fructibus beneficii: dicendum videtur, ꝙ ex cauſa iuſta ra-
tionabili & honeſta ac eccleſię vtilitatem apparenter concernen-
te epiſcopus poſſit penſionem aſſignare ſuper fructibus beneficii:
& hoc videtur poſſe decidi ex dictis per Oldradum in conſilio ſuo
ccxxvi. incipiente: quidam epiſcopus vbi impugnat penſionem
conſtitutam per epiſcopum cuidam nobili de eccleſia benemeri-
to: & mouetur Oldradus, quia de illius meritis non conſtabat,
ac etiam quia aſſignatio penſionis erat in quantitate enormi,
rationibus & iuribus per eum allegatis, quem videre poteſtis,

ex cuius dictis clare colligitur, ꝙ vbi merita apparent, & penſio eſt in moderata quantitate, poteſt Eps̄ penſionem deputare benemerito ad eius vitam de redditibus eccleſię. Hãc concluſionẽ tenet Fely. in. d. c. audientiam. el. 2. col. 1. verſ. ſecunda concluſio, de reſcrip. vbi dicit, ꝙ pro ea faciunt plene notata in. c. fraternitatem. de donat. faciunt ad pdicta, quia Eps̄ in eius dioceſi, vnam eccleſiam alteri vnire poteſt, conſentiente ſuo capl'o. clemẽ. ſi vna. de reb. eccl. non alieñ. c. prçcipimus. §. ſicut duo. xvi. q. 1. & per Ant. de butr. in. c. ſicut. de exceſ. prçla. & poteſt ẽt Eps̄ de. d. beneficiis de menſa, & ẽt Abbas conſtituere penſionem ad tempus: non aũt perpetuo. Innoc. in. c. 2. de ſtat. mona. & Io. de Imol. in clemen. quia

3 regulares de ſupl. negli. plat. † Prędicta concluſio procedit etiam ſi Eps̄ ex mero officio ſuo talem penſionem aſſignaret; quia id facere poteſt vt habetur per Petr. de anch. in conſil. ſuo. 279. incipiente, quęſtio proponitur: vbi decidit, ꝙ Eps̄ ex ſuo mero officio potuit ordinare, ꝙ ſeni renunciãti beneficium conſtituatur penſio ſup fructibus beneficii renuntiati, ex qua poſſit viuere: quia ei potuiſſet dari coadiutor, & ambo de redditibus eccleſię viuerent. refert & ſequitur Fely. in. d. c. ad audientiam. col. 1. & ſolẽnis doctor Decius in conſi. ſuo. 439. incipiente, viſa inſtructione caſus. colũ. 2. in. 3. volu. ad idem facit quod voluit Ant. de but. in. c. audiuimus. col.

4 4. de colluſ. vbi dixit, † ꝙ Eps̄ pro bono pacis ordinare poteſt vt alteri parti aliquid detur. Supradictam concluſionẽ tenuit etiã Caccialupus in tract. ſuo de penſ. q. v. qui breuiter ſatis loquitur. circa quam eſt aduertendum, quia in illis caſibus, in quibus Eps̄ penſionem imponere poteſt: illam non poterit imponere niſi ad vitã eius cui aſſignatur: ita loquitur Oldra. in. d. ſuo conſil. & Petrus de an-

5 ch. ſupra allegat. † Nec poteſt Epiſcopus penſionem etiam ex cauſa aſſignare alicui cum poteſtate illam in totum vel in partem in vnã vel plures perſonas transferẽdi, ſicuti poteſt Papa: & dicetur infra. item ceſſantibus cauſis iuſtis & rationabilibus apparenter vtilitatem eccleſię concernentibus epiſcopus penſionẽ imponere non poteſt ſuper fructibus beneficiorum etiam ex cã reſignationis niſi reſignans eſſet multum ſenex & ad curam animarũ ineptus, vt ſupra dictum fuit: & iſto caſu conſuluit Petrus de anch. in. d. ſuo conſil.

6 226. † Sed quid erit in Papa: vtrum poterit penſionis onere grauare beneficium ſine cauſa: iſtam. q. Felyn. examinat in. d. c. ad audientiam. colũ. 1. 2. et. 3. ex cuius dictis habetur, ꝙ Papa ex cauſa magna & euidẽti, imponere põt penſionem ſup fructibus beneficiorum

ciorum:quia ſi id poteſt Eps,a fortiori Papa.auc.multo magis.C. de ſacr.ſan.eccl. Verũtamen eſt ꝙ ita vrgẽs cauſa non requiritur in Papa ſicut in Epo:quia in papa ſufficit quęcunq; cauſa licita & honeſta vtputa ex cauſa reſignatiõis, ceſſionis iurium,extinctio/nis litis & ſimilibus:& regulariter papa non imponit iſtas pẽſio/
7 nes ſine cauſa.†Dicas tamẽ ꝙ cum Papa ſit Dñs beneficiorum d. clemẽ. 1 .vt lit.pẽ.cũ ſimilibus,indiſtincte põt ẽt ſine cauſa pẽſio nem imponere,cum de fructibus beneficiorum poſſit ad libitum diſponere,ut notatur per doct.in.c. quę in eccleſiarũ.de conſt.hãc opinionẽ ſequitur Decius in pallegato conſi.4 3 6.colũ.2.in.iii. volu.& addit rationẽ quia prohibitio ſimonię in bñficialibus eſt ex conſtitutione Eccleſię.& ſic de iure poſitiuo, vt late per Fely.in
8 d.c.ad audiẽtiam col.2. 3.et.4.† Conuẽtiões autem partium de pẽſione preſtanda licite redduntur & purgatur omnis ſuſpicio ſi/monie accedẽte voluntate & conſenſu pape per not.per glo.in.c. cum pridem in verbo licite de pact.Papa enim cum habeat pote ſtatis plenitudinem poteſt ſupra ius diſpẽſare.c.propoſuit.de con
9 ceſſione pbẽ.†Et in his quę ſunt iuris poſitiui prout in caſu nro papa etiam ſine cauſa diſpẽſare põt,vt per Inno.in.c.cum ad mo naſterium de ſtat.mona.nã tunc ſufficit ſola voluntas pro cauſa Spec.in tit.de legat.§.Nunc breuiter ad fi.verſi.xv.Abb.in.c.fra/ternitati col.2.de ſchiſmati.Card.in Repet.c.perpẽdimus ĩ.viii. col.de ſent.excõi.& Prepoſ.in.c.per venerabilẽ col.1 .qui filii ſint
10 legit.in.§ .quod autem vbi multa notabilia ponit.†Et maxime prędicta procedunt in beneficialibus quorum Papa habet pote/ſtatis plenitudinem:& in eis eſt illi pro ratione voluntas: vt dixit glo.in uerbo ad Romanũ in.c.ſi gratioſe.de reſcrip.in.vi.ubi Do mini.Ideo in bñficialibus pontifici omnia dicuntur eſſe ad nutũ amouibilia ut dixit Bal.in.l.reſcripta.C.de pci.Imp.offer.Et licet Abb.in.c.ſi.de confirmat.vtil.uel inutil.& in.c.conſtitutus de re/lig.domi.tentauerit concludere ꝙ papa ſine cauſa non poſſet cle/ricum priuare ſuo beneficio maxime Epatu:Tamẽ contrarium & rectius ſenſit Imol.& Paul.de liazar.in clemẽ.1 .ut lit.pend.Idem tenuit ſolẽnis pceptor meus D.Ant.Burgos hiſpanus in Rubr. de Emp.& uend.col.penult.& Domi.in.d.c.ſi gratioſe & Butrius in.d.c.conſtitutus de relig.domi.Videtur tamẽ dicendum ꝙ Pen ſionis aſſignatio facta per papam ſine cauſa non ualeat,quia di/ſpenſatio quę fit per papam ſine cauſa eſt diſſipatio ſm beatum Thomã in prima.2.q.97.arti.vlt.cuius dicta tranſcribit Archi.

In.c.conſequens.xi.diſtin.& ſeqtur Ioan.and.in.c.de multa.col.v. de prębē.Diſtingue pro reſolutione huiuſmodi contrarii ex mente Fely.in.d.c.ad audientiam colū. 3.verſic: Nihilominus attende.

11 †Quod aut Papa diſpēſat ſuper prohibitis a ſolo iure poſitiuo,& tunc ſufficit ſola voluntas pro cauſa, vt decidit Innoc.in ſupra allegato.c.cum ad monaſterium quaſi in medio. Ibi, non tamen eſt hoc verum:& dictum fuit ſupra.quibus adde,ꝙ idem voluit Ioā. de ana.in.d.c.fraternitati in.2.col.de ſchiſmat.& Domini.in.c.cōſequens.xi.diſtinc.glo.& cōiter doct.in clemē.vnica de cōſang.& affini.& in.c.de illa.vbi Archi.& Gemi.xxxii.diſtin.legiſtę cōiter in.l.quidam conſulebāt.ff.de re iudi.Abb.poſt alios in d.c.per venerabilem,qui fil.ſint legit.& ibidem ſolēnis doctor Iacobus de zochis ferrarienſis,qui in.4.libro Decretalium copioſe & optime ſcripſit.Butr.in.d.c.de multa poſt.Io.andr.Panor.in d.c. conſtitutus de relig.domi.Card.in clemē.ad hęc in.vi.col.de pęnit.& remiſ.& latiſſime Alexandri:in.d.c.conſequēs col.2.circa finem diſtinc.xi. & Fely.in.c.1.in.3.fallentia de conſti.vbi Butrius col.vlti.dicens ꝙ ipſa liberalitas Papę eſt pro cauſa quando diſpenſat contra ius

12 poſitiuum. †Dicas tamē,ꝙ ſemper pſumitur ꝙ Papa ſit motus ex cauſa rationabili,eſto ꝙ illa nō appareat,ſm Cyn.in l.fin.C.ſi contr.ius vel vtil.publi.& in.l.reſcripta.C.de pci.Imper offer. Abb.in c.quanto col.v.verſic.ſi tamē Papa de iur.iuran.& in.c.in cauſis in 2.notabili de re iudic.& latiſſime per Felynum copioſum commētatorem in.d.c.quę in eccleſiarū col.xx.in verſi.Quinta concluſio de cōſti.Hoc tamē ſane procedit qñ Princeps motu proprio diſponit ſecus quādo ad inſtātiam partis:quia tunc ſi non appareat cā, pſumitur potius ad importunitatem petētis q̄ ex iuſta cauſa reſcribere.Roma.In cōſi.437.incipiēte, ꝙ indultum Petri col.vi. Idē Romanus in.l.ſi vero.§.de viro.ff.ſolu.matr.& Fely.in.d c.quę in

13 eccleſiarū col.22.verſ.Limita quinto.† Hanc concluſionē amplia procedere etiam quo ad forum Poli: quia diſpenſatus a Papa in his quę ſunt de iure poſitiuo ſine cauſa,eſt tutus non ſolum in foro fori,ſed etiam quo ad deum,Ita ampliat Fely.in d.c.ad audientiam col.3.verſi.& puto hoc procedere de reſcrip.& adducit rationem Inno.in.d c.cum ad monaſteriū dicētis,ꝙ ſicut ex ſola voluntate poteſt p Papam lex creari: Ita per ſolam voluntatem pōt cum

14 ea diſpēſare. †Reſtringe tamē dictam concluſionem non procedere,qñ lex poſitiua eſſet fundata aliqua ratione a iure diuino vel ex mero iure naturali deſcendēte;quia tunc diſpenſatio Papę deberet

eſſe cum cauſa contra talem legē:& ſi fieret ſine cauſa etiam in foro fori non valeret:ita ſenſit Felyn.loco ꝑallegato.allegat doctrinam Abba.in.c.per tuas col.xi.in verſic.Nec obſtat,ſi dicatur ꝙ lex ciuilis de arbitr.exemplificat,quando diſpēſatio Papę tolleret actionem:quia licet illa ſit de iure poſitiuo,tamen a ratione naturali deſcendit.Iſta tamē reſtrictio locum non habet in materia penſionis, quia iura prohibētia eccleſiis penſiones imponi nō fundantur. aliquo iure diuino vel naturali.ita Fely.in.d.c.ad audiētiam col. 3. ſubdens,ꝙ ſi Papa diſponit de redditibus alicuius eccleſię in cōmodum alterius perſonę eccleſiaſticę,talis videtur tutus auctoritate illius qui in beneficialibus liberam habet poteſtatem.c.2.de
15 prębē.in.vi.&.d.clemē.1.in fine vt lit.pend. †Secundo reſtringe prędictam cōcluſionem non procedere,quādo ius poſitiuum eēt principaliter fundatum ſuper bono publico, & diſpenſatio Papę illi bono publico pręiudicaret.nam tūc diſpenſatus a Papa in foro conſcientię ſine cauſa nō eſſet tutus.ita eſt de mente Fely. in ꝑallegato.c.ad audientiam.col.3.in fine dicētis idem eſſe quando Papa diſpēſat ex affectione carnali:& ita dicit intelligēdas eſſe rationes Abb.in.c.de multa col.4.verſ.ex prędictis infero de prębē. & in.d.c.per venerabilem in principio poſt Innoc.& alios ibi & in c.extirpandę.§.quia vero col.37.in verſic.ſextò examinādum de prębē.& in.c.conſtitutus in.3.col.verſi.aut quęritur de aliis de relig.domi.in quibus locis dixit,ꝙ diſpenſatio ſine cauſa contra ius poſitiuum non facit aliquem tutum habēs reſpectū ad bonum publicum.& licet dici poſſit,ꝙ largo modo omnis lex facta fuerit ad bonum publicum,nō priuatum commodum:vt in.c.erit autem. iiii.diſtin.tamen omnis lex nō dicitur eſſe principaliter ad publicā vtilitatem cum ſępiſſime ſint ad priuatā.multis enim legibus partes renunciare poſſunt,vt tradunt doct.in.l.ſiquis in cōſcribendo. C.de pactis.& late habetur in.c.ſi diligenti per doct.de for.compe. vnde dicebat Fely.loco ſupra allegato, ꝙ poſſibile eſt ꝙ Papa Rectori alicuius eccleſię onus penſionis imponat ſine aliqua cauſa,& tamen iſtud pręiudicium boni publici non concernat, tum quia acceſſit conſenſus expreſſus onerati ad ſolutionem penſionis, tum quia propterea eccleſię,nō pręiudicatur in proprietate ſuorū bonorum,ſed ſolum cōmoditati ipſius ꝑlati,cui etiam nolenti Papa etiā ſine cauſa pręiudicare poteſt:vt late deducit idem Fely.in.c.quę in eccleſiarum.xxvi.col.de conſti.& ibi per omnes doct.multo magis ei volenti,prēſertim cum onus penſiōis finiatur morte pēſionarii.

16 † Aut papa vult diſpenſare contra ius diuinum.& cōcluſio eſt ꝙ diſpenſatio non ualeat ſine cauſa in foro conſciētię.glo.eſt ordinaria in.c.non eſt de uot.& habetur per Innoc.in.c.1.de renunc.Imol.in c.cum olim in.2.col.de cler.coniug.Circa hanc cōcluſionem vidēda ſunt ea quę ultra alios latiſſime ſcribit Fely.in.d.c.que in eccleſiarum col.viii.in uerſ.Demum in hac concluſione de conſti.cuius dicta trauſcribere non intēdo, Tum quia non ſumus in prohibitis de iure diuino, vt dixi ſupra.q.2.ubi concluſi penſionem eſſe de iure poſitiuo; Tum quia id eſſet magis laborioſum ꝙ̄ ſubtile,ut dixit glo.in ſimili in.l.1.in verbo ſemper in fine.ff.ſolu.matrimo.

17 † Remanet igitur ex pdictis firma cōcluſio ꝙ Papa etiam ſine cauſa imponere poteſt penſionem ſuper fructibus beneficiorū.& hanc concluſionem ſequitur & tenet etiam Decius in conſi.ſuo.436.in 3.volu.col.2.Iſtam tamē concluſionem intelligit procedere non de ordinaria poteſtate,ſed de poteſtatis plenitudine,& ſic de potentia abſoluta:Quia de potentia ordinata papa ſine cauſa penſionē imponere non poſſet.Ita concludit Romanus in conſi.369.Incipiē te circa primum propoſite conſultationis col.2.in prin.quem ſeqtur Fely.in.d.c.ad audientiam col.iiii.de reſcrip.Et Caccialu

18 pus in trac.ſuo de penſ.q.v. † Quid autem ſit in legato papę an pēſionem reſeruare poſſit:circa hanc.q.puto diſtinguendum eē ꝙ aut loquimur de legato a latere qui non eſt dubium ꝙ beneficia cōferre poteſt in prouincia ſuę legationi cōmiſſa.tex.eſt in.c.1.in fine de offi.legat.in.vi.& in.c.dilectus de offi.legat.Spec.in tit.de lega.§.nūc tractem⁹.Marti.laudē.in trac.ſuo de lega.Lap.allegat.96.Condiſal.villa diego in trac.de legat.in.ix.q.& dicit Abb.in.c.Sicut vnire de exceſ.pręlato.ꝙ ea que poteſt Eps in ſua diocesi,poteſt legatus in ſua legatione.Cum igitur legatus de latere in conferendo ordinariam habeat iuriſditionem:puto dicendum ꝙ eandē auctoritatem habeat circa reſeruationem pēſionis,quam habet Eps

19 per ſupradicta. † Sciēdum eſt tamē ꝙ ſicuti legatus de latere non poteſt conferre beneficia Sedi apoſtolicę reſeruata.c.deliberatione de offi.leg.in.vi.c.2.de prębē.eod.lib.& late per Condiſaluum in d.tract.ſuo de legat.q.ix.Ita arbitror dici poſſe ꝙ eo caſu quo pōt pēſionem reſeruare,non tamē poterit penſionis onere grauare huiuſmodi beneficia reſeruata:quia ſtante dicta reſeruatione de talibus beneficiis inferioribus,a papa eſt penitus interdicta facultas ſe intromittēdi:immo quicquid circa ea attētatur per alium ꝙ̄ Romanum Pontificem eſt ipſo iure nullum.c.2.de prębē.in.vi.ſupra

allegato

allegato & ibidem per doc. nec obſtat ſi dicatur, ꝙ reſeruatio phi/bet tm̃ illorum collationem fieri ab alio quã a Papa: ſed penſio eſt certa portio fructuũ quę a beneficio ſeparatur: vt vidimus ſupra q. 1. ergo ſecus dicendum in penſionis aſsignatione, cum ex diuer/ſis non inferatur. l. Papinianus exuli de minoribus: quia reſponde/tur, ꝙ idem iuris eſt de tota quo ad totũ, quod de parte quo ad par tem. l. quę de tota. ff. de rei vend. cum vulgaribus. ſi enim talis lega/tus non poteſt diſponere de toto beneficio, ita de illius parte, & ſic de penſione reſeruando illam ſuper fructibus talium beneficiorũ reſeruatorum quorũ collat. ei eſt interdicta. Quę autem ſit iuriſdi tio legati Cardinalis de latere circa beneficiorum collationẽ, vi/de latiſsime per Spec. in tit. de leg. loco ſupra allegato: & per Condi ſaluũ in. d. trac. ſuo de legat. q. ix. quorum dicta tranſcribere nõ in/tendo. & prędicta procedunt in legato de latere, quantũ ad ordina/riam iuriſditionem ſibi a iure conceſſam: ſecus ſi haberet ſpecialẽ facultatem reſeruandi penſiones ſibi a ſede apoſtolica conceſſam. Nam tunc attendenda eſſet forma ſuę cõmiſsionis. & id quod dixi de legato de latere circa ordinariam facultatem reſeruandi penſio/nes, forte dici poſſet etiam de legato inferiore miſſo a Papa cũ au/ctoritate legati de latere, prout ſunt nuncii. S. ſuę qui pro tempore reſident apud hunc illuſtriſsimũ & ſereniſsimum dominiũ Vene/torum: nam tales etiam ſine ſpeciali facultate poſſunt beneficia cõ ferre, cum ſint ad inſtar legatorũ de latere, vt concludit Decius cõ/ſil. 228. incipiente in caſu propoſito, in. 1. volu. & idem in conſil. 149. incipiente in cauſa iuriſpatronatus. col. vlt. & per Condiſal/uum in dicto tract. ſuo de legat. q. ix. vbi dixit, ꝙ iſtam partem in practica ſequuntur domini de Rota. & ita vidit iudicari. circa hoc
20 tamen cogita. †Quid autem dicendum ſit in ſimplici legato a Pa/pa miſſo, vt ſunt nuncii quos eius ſanctitas quotidie ad principes chriſtianos mittit, ſiue ad gubernandũ aliquam prouinciã qui gu/bernatores appellantur. & dicendũ eſt, ꝙ cum iſti non poſsint ex vi eorum legationis beneficia conferre. c. 1. de officio lega. in. vi. pari/ter penſionem aſsignare non poterunt ſuper fructibus beneficiorũ. Sed quid, ſi tali legato Papa concedat auctoritatem conferendi be neficia vacantia in prouincia ei cõmiſſa iuxta tex. in. d. c. 1. de off. leg. in. vi. & nil dixerit de facultate reſeruandi penſiones? videtur di cendum, ꝙ talis legatus circa reſeruationem penſionis eandem ha/beat auctoritatem quam habet Ep̃s in eius diœceſi cum concurrat cũ Epiſcopo in collatione beneficiorum. c. ſi a ſede de pręben. in. vi.

21 † Quinimmo talis legatus dignoſcitur habere maiorem prerogatiuam q̃ Epiſcopus. patet, quia in paritate datę habens collationē a legato p̄fertur habenti collationem ab Epiſcopo, de quo eſt tex. ad literam in. d. c. ſi a ſede proxime allegato. Reſponde ꝙ talis legatus quando beneficium confert ex facultate ſibi attributa, confert auctoritate ſedis apoſtolicę. hinc eſt ꝙ eius collatio habet maiorem prerogatiuam: vt in. d. tex. & habetur per Condiſaluum in. d. ſuo trac. q. ix. Sed aduertendum eſt ꝙ Epiſcopus in conferendo habet ordinariam iuriſditionem, vt patet in toto tit. de offi. ordin. in vi. in tit. de preben. & dignit. & toto tit. de off. ordi. tales vero legati, licet ordinariam habeant iuriſditionem, in conferendis tamen beneficiis dicuntur extraordinariam iuriſditionem habere, vt colligitur ex tex. in d. c. 1. de off. leg. in. vi. & notatur in. c. ii. eod. tit. ſecus eſt in legato de latere, qui etiam in conferēdo beneficia ordinariam iuriſditionem habere dicitur. ideo quando confert, dicere debet auctoritate legationis noſtrę. Legatus vero inferior qui nō vi legationis, ſed ex facultate ſibi attributa beneficia confert, dicere debet auctoritate apoſtolica nobis attributa, vt late tradit Condiſaluus in. d. ſuo trac. predicta. q. ix. & ideo dicendum eſſet, ꝙ tales legati nullo pacto penſiones ſuper fructibus beneficiorum aſ-
22 ſignare poſſunt: † quia eorum poteſtas tanquam extraordinaria reſtringi debet, vt voluit glo. in Clemē. 1. de offi. ordi. maxime quia penſio eſt onus & quędam ſeruitus eccleſię cui imponitur. eccleſiaſtica enim beneficia ſine diminutione conferri debent. c. 1. vt eccleſi. benefi. ſine dimi. confer. c. maioribus de preben. c. vacante & c. cum cauſam eo. tit. veruntamen quoties Papa mittit iſtos inferiores legatos ad gubernandam aliquam prouinciam, ſiue nūcios mittit ad principes chriſtianos, conſueuit illis auctoritatem concedere conferendi beneficia, & ex cauſa reſignationis reſeruandi pēſiones vſq; ad tertiam partem fructuum, vt ſępiſſime vidi in facultatibus concesſis Ampliſsimo patri Domino Thomę Campegio Epiſcopo feltrenſi viro ſummę integritatis & iuſtitię. Necnō Reuerendiſsimo domino Hieronymo Meandro Epiſcopo Brunduſino, quorum vterq; legationis munere functi ſunt pluribus annis p ſancta apoſtolica ſede apud Illuſtriſsimum hoc Dominium Venetorum Et nuper Aleander ipſe propter eius eminentem doctrinam ad Cardinalatus honorem aſſumptus Romanam virtutibus
23 ſuis illuſtrat curiam. † Reſtat videre quid ſit in legato nato: & breuiter dicendum eſt, ꝙ ex quo legatus natus virtute ſuę legationis

beneficia conferre non pōt.d.c.1.de off.legat.in.vi.& habetur per Neruтium in.c.1.col.1.verſi.ii.ibi legatus de appel.non eſt ambigendum ꝙ penſiones reſeruare non poterit. Legati autem nati, ſunt qui naſcuntur cum priuilegio legationis per adeptionem dignitatis Archiepiſcopalis: vt ſunt Archiepiſcopus Cantuarienſis, Eboracenſis, & Remenſis. in Italia vero eſt ſolum Archiepiſcopus Piſanus, vt dicit Franc.in.c.1.col.1.de off.legat.ſupra allegato: & no-
24 tat in.c.1.de appella. † Aduertēdum tamen quod quandoq; legatus qui habet taxatam facultatē ſuper collatione beneficiorum, vtputa ꝙ poſsit conferre beneficia annui valoris ducatorum centum & ab inde infra: necnō ex cauſa reſignationis reſeruare reſignāti penſionem vſq; ad tertiam partem, recipit reſignationem beneficii ānui valoris ducatorum puta.30.& cū ſuper bñficio reſignato non niſi penſionem annuam ducatorum.x.reſeruare poſsit, reſeruat tamen penſionem ducatorum viginti, decem videlicet ſuper fructibus beneficii reſignati, & aliorum decem ſup fructibus alterius beneficii, quod is obtinet cui de bñficio reſignato puidetur qđ ei facere non licere arbitror. egredit enim terminos ſuę facultatis contra tex.in.c.cum dilecta.cum ſimilibus de reſcript. Item quandoq; etiam vidi ꝙ recepta reſignatione beneficii valoris comprehenſi in facultatibus ſibi conceſsis Legatus penſionem imponit ſuper fructibus alterius beneficii, quod obtinet ille cui ſimiliter de beneficio reſignato prouidetur, q̄uis beneficium grauatum onere penſionis ſit longe maioris ſummę q̄ ſit expreſſum in facultatibus legato conceſſis. quod ſimiliter puto ei non licere, cum non valeret collatio facta per ipſum de tali beneficio grauato, vt per dominos de Rota deciſ.ix.de p̄ben.in nouis. Fely.in.c.ad aures col.3.de reſcri.
25 facit.tex.in.c.cui de non ſacerdotali de prębē.in.vi. † Prędictis adde ꝙ etiam patronus in fundatione eccleſię licitę apponere poteſt penſionem ſoluendam per eccleſiam fundatam alteri eccleſię. text.eſt in.c.quanto de cenſ.& etiam apponere poteſt penſionem annuatim ſibi patrono ſoluendam accedēte conſenſu Epiſcopi: vt eſt text.& ibi not.Abb.in.c.pręterea.el.2.de iur.patro.immo poteſt patronus tempore fundationis conditionem apponere, ꝙ fructus eccleſię quando illam vacare contigerit, ſpectent ſibi.gloſ.eſt in.c. generali in verbo fundatione de elect. in.vi. quomodo autem limitetur iſtud, ꝙ de patrono diximus, vide Rocc.de curte in ſuo trac.de iur.patr.in verſi.& vtile.in.2.colum.

Sup̄ quibus bonis reſeruetur annua pēſio. Q. ō. 7.

1 *Penſio reſeruatur ſuper bonis & iure temporali eccleſiæ.*
2 *Penſio eſt quid mere temporale.*
3 *Penſio & cenſus ſunt diuerſa.*
4 *Penſio ſi aſſignaretur pro iure ſpirituali eſſet ſimonia.*

SEptimo quęritur ſuper quibus bonis reſeruetur annua pēſio.
etiam emphitheoſis & feudum ſunt quid profanum & nullam in
ſe ſpiritualitatem habent: vt de ſe patet: & tamen horum non eſt
capax illegittimus per ſupradicta.Nec obſtat ꝙ penſio cadere poſ-
ſit in merum laicum quia idé de feudo & emphitheoſi. Nec obſtat
ꝙ illegittimus ſit capax iuris patronatus,quia nō valet conſequé-
7 tia,ꝙ propterea ſit capax penſionis ſine diſpéſatione. † Patet quia
excōicatus ex fundatione dotatione vel conſtructione eccleſię ius
patronatus acquirit,licet donec non abſoluatur illius non habeat
exercitium.ita dicunt Io.and.Abb.& alii in.c.nobis.de iur.patr.&
Rocchus de curt.in.d.trac.de iur.patro.in verbo.competens.col.
8 2.verſ.2.pro hac cōcluſione.†Et tñ excommunicato péſio reſerua
ri non pōt:vt vidimus ſupra.q.xiiii.Poteſt & alio modo reſponde-
ri,quod iuſpatronatus eſt ītroductum fauore eccleſiarum,vt laici
inuitétur ad illarum fundationé,conſtructioné,& dotationem, vt

notatur in.c.quoniam.de iur.patr.& ꝑ Rocchum in.d.trac.ſuo in verbo ius in.2.q.vbi reprobat opinionē Abb.in.c.ad apſicam de ſimo.qui dixit,ꝙ ius patronatus principaliter fuit introductū fa-
9 uore laicorū.hinc eſt ꝙ illegittimus eſt capax iuris patronat⁹. † Patet,quia etiam meretrix eſt capax iuriſpatronatus:vt per Roch.in d tract.in verbo competens.colū.2.verſ.ſed hic ſuboritur quęſtio acceſſoria.& Lambertinus epiſcopus in trac.ſuo de iur.patro.lib.1.in.x.artic.q.1.& idem in dicto.1.libro.fol.71.verſic.queritur decimo.Penſio aūt non eſt introducta fauore eccleſiarū ſed ad commodū illorum quibus ſolui debet.patet,quia eccleſiis eſt onerofa:
10 imo dici poteſt q̄dam ſeruitus. †Ergo ex iure patronatu ad pēſionē nō eſt bona illatio,cum ſint diuerſa vulgata.l. papinianus exul.ff.
11 de minor. † Sciendum tñ eſt,ꝙ ſi Papa ſciens ꝙ aliquis ſit illegittimus ei reſeruet annuam penſionē,licet ſecum non diſpēſet ꝙ defectu natalium non obſtante pēſionem retinere poſsit:ꝙ tamen valebit talis reſeruatio.nam licet collatio beneficii facta indigno ſit ipſo iure nulla.c.cum in cunctis.in princ.& in.§.penul.iunctō.c.innotuit.§.quis.de elec.& late per Nerutium in.c.1.col.penul.& vlt. de re iud.tñ Papa promouēs ſciēter indignum videtur inhabilitati diſpenſare.facit quod voluit Bal.in.l. impialis.§.1.C.de nup.vbi
12 dixit,†ꝙ Papa ꝓmouens ſpurium ad epātum videtur cū eo diſpēſare.ad idem facit quod voluit glo.in.c.cum eccleſias de excep.dicēs ꝙ Papa concedēs beneficium clerico inhabili videtur voluiſſe ſecū diſpenſare ſi ſciēter contulit facit glo.in verbo oportet in.d.l.impe-
13 rialis.§.1.C.de nup.& not.Bar.in.l.quidam.ff.de re.iudic.†& dixit Bar.in l.Barbari⁹.col.8.verſ.ſed quid ſi Papa.ꝙ Papa promouēs ſciēter indignum ad epātum,vtputa homicidam vel apoſtatā,cenſetur cum illo diſpenſare.Et dixit Abb.in.c.ſi quando de reſcript.ꝙ qñ Papa ſcribit pro notorie indigno.vt illi beneficium conferatur eius mandatum exequi debet:quia conſtat de mente Papę in caſu in quo poteſt diſpenſare Et prędicta firmat idem Abb.in.c.fraternitatis.col.2.& in.c.ꝑterea.de teſti.cogen.& ibi Fely.col.2.vbi dicit,ꝙ ſi princeps promouet notorie inhabilem,videtur tacite diſpēſare.d.l.quidam conſulebant.ff.de re iudic.&.l.idem Vulpianus.ff. de excu.tut nec tunc requiritur cauſę cognitio cum in eo ſola voluntas ſufficiat:ut notat Inno.in.c.cum ad monaſterium poſt medi.de ſtat.mona.& concluſionem ꝓmiſſam tenuit & ſequitur Decius in d.c.ſi quādo.col.ii.in uerſi.ex ſupradictis Abb.de reſcrip.ubi illam defendit a quibuſdam obiectis. idem uoluit Ioan.de ana.in.c. ue-

ſiens.col.1.de accuſ.Concluſionē ſupra firmatam,ꝙ illegittimus non ſit capax pēſionis ſine diſpenſatione intellige ꝓcedere ſiue penſio aſſignetur in titulū beneficii iuxta ea quę poſui infra.q.28.in verſi.4.limita ſiue aſſignetur penſio loco beneficii:vt doctores cōſiderant in.c.quis.de ꝓben.in.vi.qn̄ autem penſio aſſignaretur alicui in ſtipendiū,tunc & eo caſu nulla diſpenſatio illegittimis requiritur:quia talem penſionē ſine diſpenſatiōe habere poſſunt.faciūt ea quę dixi īfra.q.xxi.& iſto caſu ꝓcedere poſſunt ea quę nuper vidi voluiſſe R.p.Lodouicum Gomes audit.Rotę virum acutiſſimi ingenii in cōmento regulę cancell.de annal.poſ.q.xxi.vbi dixit,ꝙ illegittimi & baſtardi poſſunt penſiones habere ſine diſpenſatione.& ꝙ ita tenuit Rota.Nā ſic intelligendo dicta per eum ſaluari poſſunt:ſecus tn̄ eſſet in penſione ſimpliciter aſſignata clerico illegittimo ſuper fructibus bn̄ficii.Et mihi certe durū videretur, ꝙ curia daret reſeruationem penſionis illegittimo non diſpēſato: per ſupradicta tn̄ ſtilus Curię lex eſt.

Illegittimus an poſſit per epiſcopum diſpenſari ad penſionem. Quęſtio.xvij.

1 *Epiſcopus poteſt diſpenſare cum illegittimo ad minores ordines & ad beneficium ſimplex.*
2 *Illegittimus ad ordines maiores & ad curatū per Papam diſpenſatur.*
3 *Epiſcopus diſpenſat cum illegittimo ad prelaturam & rectoriam quę non cadat in dignitatem.*
4 *Diſpenſandi facultas conceſſa epiſcopo late interpetratur.*
5 *Epiſcopus quibus caſibus poſſit diſpenſare.*

DEcimoſeptimo quęro ſuppoſita veritate ſupradictę cōcluſionis de qua in ꝓcedenti proxima.q.An illegittimus poſſit
1 ab epo diſpenſari ad penſionē.†in iſta.q.dicendum videtur ꝙ ſic quia eps poteſt diſpēſare cum illegittimo quo ad minores ordines:& vt obtinere poſſit beneficiū cui cura non imineat animarum.tex.eſt clarus in.c.1.de fil.pſbit.in.vi.& ibidē Io.and.Gemi.
2 Pet.de anch.& alii.†Ad ordines vero maiores,& ad bn̄ficia curata non pōt diſpenſari niſi p Papam:vt eſt tex.ibi.penſio.n.ſi aliqualiter cōparari poſſet beneficio eccl'ico magis ſimplici comparāda eſſet q̄ curato,licet proprie loquēdo eorū neutri comparari poſſit. Nihilominus videtur,ꝙ ſi eps diſpenſat cū illegittimo quo ad be-

neficium ſimplex,quod eſt quid maius:quia beneficiũ datur in ti-
tulum ſecus in penſione quę morte pẽſionarii non vacat ſed extin
guit,vt dictum fuit ſupra.q.xii.a fortiori diſpẽſare poterit quo ad
penſionẽ.facit reg.iur.cui licet de reg.iur i.vi.corroborat dicta opi
3 nio †q̄a eṗs pōt ēt cũ illegittimo circa ṗlaturã vel rectoriam q̃ non
cadit in nomẽ dignitatis vel pſonatus diſpẽſare ſm Arch.Io.and.
Pet.de anch.& Franch.in.d.c.1.de fil.pſby.in.vi.vbi Franch.col.
2.verſ.in glo.in verbo beneficiũ.Quinimmo poteſt ēt eṗs diſpen
ſare cum patiente defectum natalium vt habere poſſit canonica-
tum in eccleſia cathedrali:vt concludũt doc.in.d.c.1.vbi Domi.
& alii.Et habetur ēt per Oldr.in conſil. ſuo.ccxv.incipiẽte puncta
breuia.colũ.iii.iſtam quęſtionẽ ab aliquo tactã non inueni:ideo
circa eam aliorũ opiones referre nõ poſſum,circa quã puto dicen-
dũ,ꝙ in caſibus in quibus poteſt eṗs penſionẽ aſſignare,de quo vi
dimus ſupra.q.vi.in eiſdẽ poſſit cũ patiente defectum natalium,ꝙ
4 penſionẽ ſuper fructibus bñficii conſeq poſſit diſpẽſare;†p̄ſertim,
q̄a facultas diſpẽſandi conceſſa eṗo vt ſupra eſt late interpretãda:
vt not.doc.ĩ.d.c.1.de fil.pſby.in.vi.vbi Frãch.col.2.& idem eſt in
ptãte legittimandi:quę cũ ſit fauorabilis eſt amplianda,q̄uis i pſa
legittimatio ſit odioſa vt p Iaſon.conſ.156.incipiẽte,qm̃ per exi
miũ.col.4.in fi.in.4.volu.in caſibus aũt,in q̄bus Eṗs penſionem
ĩponere non pōt bñficiis puto dicendũ,ꝙ non poſſit ēt circa illius
reſeruationẽ cum illegittimo diſpẽſare.argu.tex.in.d.c.1.ſed tali
5 caſu ſit neceſſaria diſpẽſatio ſedis apl'ice.† In q̄bus aũt caſibus eṗs
diſpenſare poſſit,& in q̄bus non,vide latiſſime p Spec.in tit.de di
ſpen.in.§.nunc de eṗorum:& per Bertachi.in ſuo eleganti trac.de
eṗo.lib.iiii.in.2.parte in rub.de auc.eṗi.circa ſpũalia.q.48.

Diſpenſatus ad beneficia ſimplicia & curata an pẽ ſionem habere poſſit: Quæſtio.xviij.

1 *Quem licet occidere licet verberare.*
2 *Mulier bannita ſi poteſt occidi an poſſit adulterari.*
3 *Argumentum a maiori locum habet in ſtatuto.*
4 *Extenſio non fit in diſpenſationibus iam factis.*
5 *Diſpenſatũ vt ad archiepiſ.tranſire poſſit nõ pōt tranſire ad epiſcopatũ.*
6 *Diſpenſationes ſuper defectu natalium ſunt reſtringende.*
7 *Diſpenſatio eſt ſtricti iuris reſpectu diſpenſati.*
8 *Argumentũ de maiori ad minus locum non habet in diſpenſationibus.*

DEcimo octauo quęro pſuppoſito ꝙ illegittimus nõ ſit capax pẽſionis ſup fructibus bñficii ſine diſpenſatione de quo dixi ſupra.q.xvi.vtrũ diſpenſatus ad beneficia ſimplicia & curata vigore talis diſpenſationis habere poſſit penſionẽ ſup fructibus ſimplicis vel curati beneficii:& videtur dicendũ,ꝙ ſic:quia ſi ei licet habere beneficia a fortiori videtur ꝙ habere poſſit penſionẽ quę eſt qd minus.c.cui licet de regul.iur.in.vi.&.l.non debet.ff.eo ꝙ autẽ penſio ſit quid minus,patet:quia a beneficio extrahitur,& ab eo depẽdet,vt vidimus ſupra.

1 †.q.1.facit:nam videmus ꝙ ſi eſt licitũ alicui aliquem occidere,a fortiori eſt licitũ illũ verberare,& iniuriis afficere.l.nec in ea.ff.de adult.& ibi Bart.Hinc eſt,ꝙ dicebat gloſ. in.l.ii.C.de patri.qui fil.diſtra.ꝙ ſi pater põt filiũ vendere,a fortiori illũ pignori dare poterit:quã ibidẽ ſequitur Azo.i ſumma:& dicit Nellus in tract.ſuo bannitorũ.in.2.parte ſecundi tpis.q.xlvi.

2 †ꝙ ſi mulier bannita põt occidi,a fortiori poterit adulterari,cum homicidiũ ſit maius q̃ adulterium.c.ſi quid verius.33.q.2.eſt tamen aduertendũ circa hoc dictũ Nelli quia contrariũ tenuit Bal. in l.fina.C.ſi contra ius vel.vtil.publi.cuius opinionẽ contra.Nellum cõmunem eſſe atteſtatur Decius in.c.quę in eccleſiarũ col.vii

3 in fine.verſi.† & ideo infert.de conſti.iſtud arg.a maiori habet etiã locũ in ſtatutis vt habetur p Bal.in.l.ꝙ vero.verſi.ſed pone.ff.de legi.& in.l.2.C.de in ius vocan.& in.l.affinitatis verſi.pone ſtatutũ C.coĩa de ſucceſſ.Pręđictis tamen non obſtantibus,contrariũ videtur de iure dicendũ,ꝙ diſpẽſatus ad beneficia ſimplicia & curata ratione defectus nataliũ pẽſionẽ conſequi nõ poſſit ſuper fructibus beneficii ſine expſſa diſpẽſatione ad pẽſiones.Nam regula pdicta cui licet.locum nõ habet in diſpẽſationibus

4 † iã factis,in quibus nõ fit extẽſio ẽt ad caſum habentẽ maiorẽ rationẽ vt inqt Hoſtienſ.in.c.poſtulaſti dę reſcri.allegat tex.i.c.1.&.2.de fil.pſbit.idẽ voluit Abb.in.c.at ſi clerici.§.de adulteriis de iudit.& habeť p Fely.in.d.c.poſtulaſti col.xi.de reſcri.Hinc dixit Io.andr.i.c.quę a iure cõi in mercuri.ꝙ licet Eps̃ diſpẽſet cũ monacho ad curatũ,non tamẽ vigore talis diſpẽſationis beneficiũ ſimplex habere poterit &

5 †dicit ẽt tex in.c.fin.de transl.plat.quod diſpẽſatus ꝙ poſſit tranſire ad Archiepiſcopatũ,non poterit tranſire ad epãtum & eſt ratio q̃a diſpẽſatio eſt odioſa & reſtringenda ideo eſt ꝙ diſpenſatio facta ad certum actum non habet locum in alio actu Iaſon in conſilio. 127.incipiente dubitatur in occurrente col.fi.nu.9.in.4.volum. confirmatur etiam pdicta concluſio quia videmus ꝙ is cui eſt mã

datum prouideri de beneficiis vigore talis mandati penſionē cō-ſequi non potuit.tex.eſt in.c.quis el. 1.de pręben.in.vi. concludē dum igitur videtur ex pdictis,q diſpēſatus ad beneficia ſimplicia & curata vigore talis diſpenſationis penſionem conſequi non po
6 terit.† Facit ad pdicta,quia diſpēſationes ſuper defectu natalium ſunt reſtringendę.c.lator in.1.glo.qui fil.ſint legit.& ibidem Ioā. and.ea enim quę contra rationē legis introducta ſunt reſtringun-tur.l.quod vero.ff.de leg. Mattheus de afflic.in.c.naturales. ſi de feud.fue.controuer.inter domi.& agnat.verſi.2.not.numero.26
7 & dixit Ioan.de ana.† poſt Ioan. andr.in.c. mandato. colum.1.de ſimo.q diſpēſatio eſt ſtricti iuris reſpectu illorum cum quibus di ſpenſatur. Sed reſpectu illius cui datur poteſtas diſpenſandi eſt
8 late interptanda:quia quo ad ipſum eſt beneficium. †Ad allegata ſupra in contrarium reſponderi poteſt, quod argumentum de ma iori ad minus locum non habet in diſpenſatione iam facta per do ctrinam Hoſtien.in.d.c.poſtulaſti de reſcrip.cum aliis ſupra addu ctis. Quinimmo etiam ex idētitate vel maioritate rationis nō va-let argumentum de maiori ad minus in diſpenſationibus iam fa-ctis vt per Lancel galiaulam in.l.2.ff. de verbo.obliga.col.2.alle-gat Panor.in.c.at ſi clerici.§.de adulteriis colū.3.de iudi.& pdicta concluſio procedit pſuppoſito q vera eſſet cōcluſio ſupra firmata q.xvi.q illegittimus pēſionem conſequi non poſſit ſup fructibus beneficii ſine diſpenſatione vt ſupra dixi.Limitanda tn̄ eſſet pmiſ-ſa concluſio q illegittimus penſionē conſequi non poſſet etiā di-ſpenſatus ad ſimplicia & curata:non autem ad penſionem vt non procedat,qn̄ taliter diſpenſatus conſecutus fuiſſet beneficiū ſim-plex ſiue curatum,& illud renunciaſſet reſeruata ſibi annua penſio ne ſup fructibus illius,quia ſi potuit retinere totum beneficium ergo & illius partem videlicet pēſionem retinere poterit cum idē iuris ſit de toto quo ad totum quod de parte quo ad partē.c.ma-ioribus de pben.quę de tota.ff.de rei vendi.

Illegittimus diſpēſatus ad bn̄ficia cū cura & ſine cura & ad alia q̄cunq bn̄ficia an penſionē cōſequi poterit uigore talis diſpēſationis. Qō.xix.

1 *Penſio comprehenditur vbi dicitur & aliud quodcūq beneficium.*
2 *Dictio quodcūq denotat omnimodam generalitatem.*
3 *Feudum conceſſum alicui pro ſe & heredibus ſuis quibuſcunq dicitur*

eſſe hereditarium.

4 *Statutum puniens occidentem aliquem quouis modo & qualitercunq; comprehendit homicidam non doloſum.*

5 *vbi requiritur de aliquo ſpãlis mẽtio nõ ſufficit generalitas verborũ.*

6 *Conferre nõ põt beneficia reſeruata q cõferre põt qualitercũq; vacãtia.*

7 *Mandatum q alicui prouideatur de beneficio ſpectante ad preſentationem quorũcunq; non intelligitur de iure patronatu laicorum.*

8 *Diſpenſatio illegittimi ſemper ſtricte intelligitur.*

DEcimonono quęro: pſuppoſito q illegittimus non poſſit penſionem habere ſine diſpenſatione: vt dixi ſupra. q. xvi. ſi per ſedem apłicam ſit diſpẽſatum cum patiente defectũ natalium: vt eo non obſtante habere poſſit beneficia cum cura & ſine cura, & alia quęcũq; beneficia. An taliter diſpenſatus penſionem conſequi poſſit: ſuper fructibus beneficii & pro parte affirmatiua facit: quia licet appellatione bñficii eccleſiaſtici non comprę
1 hẽdatur† penſio. c. q̃uis. el. 1. de pben. in. vi. tñ vbi dicitur, & aliud quodcũq; beneficiũ cõphenditur penſio, & pſtimonium vt voluit Fely. in. c. poſtulaſti. col. x. verſ. quarta declaratio de reſcrip. al legat glo. in clemẽ. z. in verbo quodcũq;. de vit. & hone. cleri. hoc idẽ voluit Caccialupus in ſępeallegato trac. ſuo de penſ. q. vlt. Ad idẽ facit quod voluit idem Felyn. in. d. c. poſtulaſti. col. xi. in verſi. ſimiliter dicit Anania: vbi refert Ioan. de ana. in. c. ii. in. 3. colũ. de cler. pugnan. in duel. poſt Abb. ibi dicentẽ, q diſpenſatus ſup beneficio intelligitur diſpẽſatus ſuper beneficio ſimplici, dicit aũt Fely. ibidem hoc fallit, qñ diſpenſatio diceret ad quęcunq; beneficia allegat Ioan. and. in addi. Speculi in rub. de fili. pſbit. & Rotã deciſ. z. in antiquis ſub eadẽ Rub. quę eſt deciſ. 45. incipiẽs nota q ſi aliquis ad idẽ eſt. z. deciſ. Rot in antiq. nu. 408. incipit, nota
2 q voluerunt dñi. † Facit quia dictio quodcũq; denotat omnimodam generalitatẽ, & ideo vbicũq; apponitur in lege, vel canone, ſi lex vel canon non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. c. ſolitę prope finẽ de maior. & obed. & ibidem Abb. in vlt. not. faciunt ẽt ad pdicta ea quę dixit Decius in ſuo conſi. 78. incipiẽte licet in
3 caſu ppoſito. ii. col. in fi. in. 1. volu. vbi voluit, † q licet feudũ acceptum pro ſe & hęredibus ſuis non dicatur hęreditariũ cum eo caſu ad extraneos non trãſeat hęredes tñ hęreditariũ erit, qñ alicui conceſſum fuerit pro ſe & hęredibus ſuis quibuſcũq;: quia tũc trãſibit ad hęredes etiam extraneos citat ad hoc Bal. in. l. cum virum

col.fi.C.de fideicom.& Alex.in.l.ſi patroni.in princ.col.penul.ff. ad trebel.idem voluit Bald.in.l.imperialē in princ.de ꝓhib.feud. alien.per Fede.& late tradunt doct.vbi per Aret.& Iaſonem in.l. gallus.§.etiam ſi a parente.ff.de liber.& poſthu.& ꝓdicta doc.Bal. eſt cōiter approbata.Ad idem facit quod voluit Ange.in.l.ꝗ ſi no lit.§.ſi quid ita.ff.de edili.edict.vbi dixit ꝙ ſi fideiuſſor promiſit principalem qñcunq; ꝑſentare intelligitur per illam dictionē quā docunq;,ꝙ etiam poſt ſentētiam ꝑſentare teneatur licet alias ſecus
4 eſſet.l.grece.§.poſt litē.ff.de fideiuſ.†Hinc eſt, ꝙ Salicet in.l.ſi ſer ui.C.de noxal.dixit,ꝙ ſi ſtatutum punit occidentē aliquem quo uis modo & qualitercūq;,tale ſtatutum cōphendit etiam homi cidam non doloſum:ſed culpoſum licet al's eēt ſecus.Pro parte ve ro negatiua,ꝙ taliter diſpēſatus aſſequi non poſſit penſionē ſuper
5 fructibus beneficiorum faciūt infra dicenda:x& primo quia quo ties iura requirunt,ꝙ de aliquo fiat ſpecialis mētio:tunc illud non cōphenditur ſub illa generalitate verborum, & aliud quocūq;. tex.eſt expſſus in.c.cum in illis in princ.de ꝓben.in.vi.ubi expreſſe dicitur.ꝙ qñ mandatur alicui prouideri de eccleſiis ꝑſonatibus di gnitatibus vel aliis bñficiis quibuſcūq; in tali mandato non com prehēduntur beneficia curam animarum habētia:niſi expſſe ſit di ctum:quia animarū cura debet ſpecifice exprimi:vt ibi,modo in ferendo ad caſum noſtrum iure cautum eſt ꝙ qñ mandatur alicui prouideri de beneficiis,non veniat penſio niſi de ea ſit facta expſſa mētio.tex.eſt clarus in.d.c.q̄uis.ibi.niſi de penſione in noſtris lite ris mētio habeatur expreſſa,ergo in dictis verbis & alia quęcunq; beneficia penſio non cōphenditur.Nam non veniunt ſub aliqua generalitate verborum,quantūcunq; ꝑgnantium requirentia de ſe ſpālem mentionem.quod ēt probatur per glo.in.c.inquiſitores.in ver.expreſſe de heret.in.vi.& in clemē.ii.in uerbo ſpecialis de offic.
6 ordi.& facit tex.& ibi not.per doct.in.c.2.de ꝓben.in.vi.† Secun do facit quod voluit domi.in.c.ſi cui.nulla in fine proxime allega to tit.de prębend.in.vi.vbi dixit,ꝙ is cui data eſt facultas confe rendi beneficia qualitercūq; uacantia conferre non poterit benefi cia reſeruata:ut p conſtitutionem execrabilis uel alio modo.idem
7 uoluit Frāc.i.d.c.ſi cui nulla in fi. †Tertio facit doctrina domi.in d.c.cum in illis.§.1.col.ult.de ꝓbē.in.6.ubi dixit ꝙ ēt ſi diceretur in lr̄is Papę ꝙ alicui puideatur de bñficio ſpectāte ad ꝑſentationē quorūcūq;:quod tñ non ītelligeƭ de bñficiis ſpectātibus ad ꝑſenta tionē laicorū dicēs idē Do.poſt Lap.ibi,ꝙ ita conſuluit Io.and.&

idem voluit Ant.de butr.in.c.dilectus.col.iiii.de off.legat.& hãc opinionẽ Ioan.and.Lapp.Butr.& quę etiam fuit Ioan.de fantu. non habere contradictoré atteſtatur Fely.in tract.ſuo,qñ lit.apoſtolicę ꝑiudi.patro.eccle.col. 3 .circa finem. Quarto facit doctrina Bal.Angel.& Alexan.in.l.ſi filius a patre.§.fin.per illum tex.ff. de liber.& poſthu.vbi dicunt,ꝙ habens poteſtatem diſpẽſandi cũ quibuſcũq; in qualicũq; ſtatu ſint non poterit diſpenſare ſup defectu iuris diuini vel naturalis.hanc doctrinam refert & ſequitur ſolennis doctor ꝑceptor meus D.Ioan.crotus de monte ferrato in.c.

8 1 .de conſti.in verſ.primus caſus eſt qñ princeps. † Quinto facit: qa habilitatio facta illegittimo ſemp ſtricte intelligitur:vt voluit Ioan.and.Butrius & Imol.in.c.licet.de tranſla.ꝑlat.& eſt gl.in.c. ordinarii in verbo diſpenſationes de offi.ordi.in.vi.& ibi domi.ſequitur Fely.in.c.cauſamq; col.x.verſiculo limita hanc de reſcri.tenendo iſtam partem ad allegata ſupra in contrarium põt reſponderi & primo dum dicitur ex mente Fely.& Caccialupi ꝙ vbi dicitur & aliud quodcunq; beneficium venit penſio dici poſſet ex ꝑdictis ꝙ eorũ opinio non ſit vera quando exprimũtur prius beneficia, vt puta curatum & non curatũ demum dr̃ & alia quecũq; beneficia. Nam dictiones geminatę vt eſt illa quęcãq; adiecte dictioni alius alia aliud reſtringuntur adˀ ſimilia exprę́ſſis caſus eſt in.l.ſi fugitiui & ibi glo.cõiter approbata.C.de ſeru.fugit.Ita dixit poſt alios Sozinus in conſilio ſuo.1 04.incipiente in caſu cõuẽtionis col.1. verſi.primũ ꝓbatur in.3.volu.vbi alios citat idem conſi.1 1 0.incipiente viſo ſtatuto & conſi.2 3.col.i,& conſi.8 6.col.vlt.in.4.volu.Item dicas ꝙ Fely.& Caccialupus allegant ꝓ fundamento eorum opinionis.glo.in.d.clem.2.in verbo quodcunq; de uit.& honeſt.cleric.,quę gloſa loquitur de penſione in titulũ aſſignata clerico vel ſacerdoti & non de ſimplici penſione ideo ex illa non probatur eorum opinio.Adde predictis ꝙ ſi ſit lata ſententia contra clericum priuatoria quorũcunq; beneficiorum comprehenduntur tantùm penſiones,q̃ in titulũ dantur,ſecus in aliis . Ita deciſit rota vt refert Gomes aud.Rote in com regul.cãcell.de anal.poſſi.q.2 1. in fine, faciunt quę dicam infra.q.xxviii.Ad alia allegata in cõtrarium reſponderi poteſt , ꝙ procedunt in caſibus in quibus non eſt lege cautũ,ꝙ de aliquo fieri debeat ſpecifica vel expreſſa mẽtio,tali enim caſu ſub omnimoda generalitate omnia cõpręhẽdũtur habilia cõphẽdi.Ita intelligitur tex.in.d.c.ſolite de maior.& obed. prope finẽ,ea autẽ quę in generalitate habiliter cõphendi nõ poſ

ſunt

ſunt ſub eadem non comprehenduntur cum ad habilia tm̃ extendatur. tex. eſt clarus in. l. vt gradatim. ff. de muner. & honor. in. §. ſed ſi. l. 1. C. de ſacroſanc. eccl. glo. in clemen. 1. de ſequeſtr. poſſ. & fru ct. in gl. fi. per Alex. & Imol. in. l. de pupillo. §. qui opus. ff. de nou. oper. nunc. ad doctrinam Salyc. in. d. l. ſi ſerui de noxal. dicas ꝙ eius deciſio non eſt vera: patet. nam qui occidit aliquem ad ſui neceſſariam defenſam id facit iure permittente cum defenſio ſit de iure naturę. l. vt vim. ff. de iuſti. & iur. quę quidem defenſio nec per ſtatutum nec per principem tolli poteſt: vt in clemen. paſtoralis. §. cętetum. de re iudi. & per iſta fundamẽta deciſionem prędictam Salyc. reprobat ſolennis doctor & preceptor meus dominus Carolus ruinus in ſua eleganti repet. §. nunciatio. l. hoc edicto. ff. de noui ope. nunc. col. xvi. nu. 75. & prędicta ſane procedant pre ſuppoſita con cluſione. de qua ſupra. q. 17. pro vera: videlicet ꝙ illegittimus nõ ſit capax penſionis ſine diſpẽſatione: tamen pręmiſſis omnibus nõ obſtantibus, ſi eſſem iudex iudicarem ſemper illegittimũ diſpenſatum quo ad ordines & ad beneficia eſſe capacem eccleſiaſticę penſionis, & iſto etiam modo procedere poſſet quod voluit ℞. pater Lodouicus gomes Rotę auditor in cõmento regul. cancell. de annal. poſſ. q. 21. circa fi. dum dixit illegittimum capacem eſſe penſionis ſine diſpenſatione.

Si fiat reſeruatio pẽſionis illegittimo non facta mẽtione ꝙ ſuper eo ſit diſpenſatus an ualeat reſeruatio talis. Quæſtio. xx.

VIgeſimo quęro, ſi illegittimus ſit diſpenſatus ad beneficia, & forte etiam ad penſiones, quatenus eſſet opus de expreſſa diſpenſatione etiã ad penſiones de quo dixi ſupra. q. 17. An literę expeditę ſuper reſeruatiõe annuę pẽſionis, in quibus de huiuſmodi diſpenſatiõe non eſt facta mentio, ſint ſubreptitię: dicendum eſt, ꝙ non. facit ad hoc deciſio Rotę numero. cclxxx. incipit. Nota, ꝙ vbi eſt diſpẽſatum in antiquis, vbi Domini de Rota decidunt, ꝙ diſpenſatus vt poſſit tenere duo beneficia non obſtante defectu natalium, ſi impetret beneficium nulla facta mentione dictę diſpenſationis. valebit tamen impetratio. & ita audio ſeruare Curiam.

Laicus an ſit pẽſionis capax, Qõ.xxi.

1 *Clericis ſeu laycis benemeritis prelatus aſſignare poteſt aliquos redditus ad eius menſam ſpectãtes.*
2 *Layco pauperi aſſignari poſſunt decime ad Eccleſiam ſpectantes in Ellimoſinam.*
3 *Prebenda a Canonicatu ſeparata poteſt layco aſſignari.*
4 *Papa poteſt laycum priuilegiare vt beneficia tenere poſſit.*
5 *Laycus ex priuilegio apoſtolice ſedis beneficia conferre poteſt.*
6 *Leo.x.pontifex primus in vrbe creauit milites S.Petri.*

VIgeſimoprimo quęro, an laicus ſit capax penſionis, ita, ꝙ
ei reſeruari poſſit annua penſio ſuper fructibus beneficiorũ
ſibi quoad vixerit ſoluenda. Circa hãc quęſtionem Archi.
in.c.q̃uis. verſi.prouideri de p̃ben.in.vi.dicit, ꝙ ſic, loquendo tamẽ
de penſione quę in mera temporalitate conſiſtit, & nil habet ſpiri-
tualitatis iuxta ea quę dixi ſupra.q.1. Idem voluit in.d.c.q̃uis Frã
chus in.2.not. & Petr.de anch.col.1.verſi.tertio collige. Idem vo-
luit Bal.in.c.ad audientiam.el.2.de reſcrip.dicens, ꝙ penſio ſui na
tura non cenſetur beneficiũ eccleſiaſticum, cum etiam laico aſſigna
ri poſſit. Idem voluit ibidem Fely.col.iiii.in fi.verſic.quarta con-
cluſio, & ibidem collecta: & Archi.in.c.ſi motu ꝓprio.col.fi.verſi.
beneficium de p̃ben.in.vi.Card.in clemẽ.2.de off.ordi.q.ix.Ioan.
de Imol.in clemẽ.1.col.vi.verſi.quęrit Gulielmus de reb.eccl.nõ
alienan.mouentur per tex.in.c.poſſeſſiones.xvi.q.1.&.c.illud.q.
1 vi.eadem cã.†faciunt ad ꝑdictam cõcluſionẽ ea quę voluit Laur.
& poſt eũ Zenzel.in clemẽ.1.de reb.ec.non alienã.quos refert ibi-
dem Card.q.xv.vbi dicunt, ꝙ Pręlatus aliquos redditus ad ſuam
menſam ſpectantes tpales tñ põt clericis ſeu laicis benemeritis con-
2 cedere ad tẽpus vel ad vitam.† Quinimmo & laico pauperi in elee
moſynã & ad ſuſtentationẽ aſſignari poſſent decimę ad eccleſiam
ſpectantes: non tñ vt illas in titulum haberet, ſicuti clerico aſſignã
tur ad quem ꝑtinent ratione beneficii. ita voluit Laur. quẽ refert &
ſeqtur Card.in.d.clem.1.q.xvi.allegat Inno.in.c.cauſam de ꝑſcri.
& faciunt ea quę late ponit Oldra.in conſ.226.incipiente, quidã
Ep̃s: vbi impugnat penſionẽ conſtitutam cuidam nobili per Ep̃m
de eccleſia ſua benemerito ex eo ꝙ eſſet in quãtitate exceſſiua & ni-
mis oneroſa illi eccleſię ſi ergo id poſſet ep̃s electus in partẽ ſolici-
tudinis, a fortiori poterit Papa electus in plenitudine poteſtatis.

adquod faciunt dicta ſupra.q.vi.iſtam concluſionem tenuit etiã Caccialupus in trac.ſuo de penſ.q.xiii.dicens, ꝙ in ſtipendium ſeu
3 piam ſubuẽtionem poteſt laico aſſignari annua pẽſio. †Pro iſta cõ clnſione facit etiam quia prębenda ſeparata a canonicatu,& ſic a iure ſpirituali etiam laico aſſignari poteſt.glo.in.c.cum M.ferra/rienſis in verbo reperiunt.de conſti.& ibidem Abb.dicens, ꝙ laic⁹ poteſt habere p̃bendam in eccleſia non canoniam. Nam p̃benda ſi ne canonicatu conſiſtit in mera tẽporalitate,cum ex temporalibus bonis conſtituatur.& cadit etiam in laicum. Idem voluit Inno.in c.maioribus.de p̃bend.& Ioan.de ana.in.c.tua nos.in vlt.not.de ſi mo. Vbi autem prębenda eſſet annexa canonicatui:tunc cenſetur quid ſpirituale:probatur in.c.dilecto.de p̃ben.ita dicit Abb.in lo/co p̃allegato:& Card.in clemen.ſi.q.z.de pręben.ad idem Abb.in d.c.maioribus.de p̃ben.& late tradit poſt alios Fely.in.d.c.cũ M. ferrarienſis.col.vi.verſi.in glo.in verbo receperunt.& ideo tũc non poſſet laico aſſignari,cum ſpiritualium nõ ſit capax.c.cauſam de p̃ſcript.nec illam tenere poſſet & adminiſtrare.c.ii.de iudi.c.fin. de reb.eccl.non alienan.c.bene quidem.96.diſtinc.Et idem dicendũ eſſet,quando penſio eſſet loco beneficii eccleſiaſtici,prout conſide rant doc.in.d.c.q̃uis.de p̃ben.in.vi.& dicam infra.q.z8.in fi.nam tunc pẽſio non caderet in laicum.cui beneficiũ non poteſt conferri
4 p ſupradicta,niſi ſuper hoc eſſet a papa priuilegiatus.†Poteſt.n.Pa pa laicum priuilegiare vt beneficia tenere poſſit:vt habetur p In/noc.in.c.quanto de conſuet.& ibi Abb.hinc videmus ꝙ Rex fran corũ eſt canonicus in eccleſia.s.Hilarii ciuitatis pictauẽſis,vt di
5 cit Abb.in.c.extirpandę.§.quia vero in repet.col.xi.de p̃ben. †Põt etiam laicus non ſolũ priuilegiari a Papa,vt beneficia retinere poſ/ſit.Sed vt illa poſſit conferre:vt not.doc.vbi Do.in.c.ii.de p̃ben.in vi.& in.c.ſacroſancta & in.c.meſſana.de elect.& in.c.preterea:vbi doc.de iur.patr.& in.c.imperiũ.x.diſtin.glo.in.c.verũ.in verbo du cibus.3z.diſtinc.& in.c.mẽnam.in verbo arbitrium.z.q.v.Petr. de anch.in.c.1.col.1.de regu.iur.in.vi.vbi dixit,ꝙ ad laicum non poteſt,niſi ex priuilegio,pertinere ius conferẽdi beneficia.vide Ar/chi.in.c.imperiũ.ſupra allegato:& in.c.Hadrianus el.1.64.diſti. doct.in.c.dilecto de teſti.Abb.in rub.de iudi.col pe.Abb.in.c.no/uit in glo.in verbo cõſuetudine de iudi.& Prępoſitũ in.d.c.ĩperiũ. Et vide Corſettũ in iſto arti.plura accumulantẽ in trac.ſuo de po/te.& excel.regia.q.xi.vbi cõnumerat oẽs Principes xp̃ianos priui/legiatos ab ap̃lica ſede circa b̃ñficiorũ collationẽ aut denõiationẽ

platorum: qui tangit & examinat ēt illum articulum, an laicus ius conferendi beneficia preſcribere poſſit. Ad prędicta videēt Ioan. de ſylua doctorem vltramontanum in tract. ſuo de beneficio in 2. parte. q. xxiii. & in. 1. parte. q. vii. Erit ergo firma concluſio ſm omnes doctores, ꝙ penſio prout eſt quid temporale, nil ſpiritualitatis habens poſſit etiam laico reſeruari propter eius benemerita erga
6 eccleſiam vel pro eleemoſyna & eius ſuſtentatione. † Vnum non omitto, ꝙ felicis recordationis Leo x. qui primus in vrbe creauit collegium militum ſancti Petri eiſdē militibus indulxit, vt etiam mere laici poſſent obtinere penſiones ſuper fructibus beneficiorū vſq; ad ſummam ducatorum centum quinquaginta: vt ex priuilegio dictis militibus conceſſo aperte legitur: quorum creationi pręſens fui tunc in Curia exiſtens.

Reſeruatio pēſionis facta alicui tanq̄ clerico qui tamen erat laicus an ualeat. Queſtio. xxij.

1 *Cauſa poſita in narratione legis vel ſtatuti prȩſumitur impulſiua.*
2 *Cauſa impulſiua ceſſante non ceſſat effectus.*
3 *Cauſa impulſiua non dicitur proprie cauſa.*
4 *Effectus durat ſtante cā finali deficiente impulſiua.*
5 *Ceſſante cauſa impulſiua ceſſat effectus in beneficialibus.*
6 *Literȩ reſeruationis penſionis in multis regulātur vti literȩ beneficiales.*
7 *Motus proprius facit valere gratiam non obſtante ſurreptione.*
8 *Penſio reſeruata alicui vti clerico qui erat laicus an valeat.*
9 *Falſa cauſa dans cauſam conceſſioni, etiam ſi de corpore conſtet vitiat gratiam.*
10 *Vitiatur reſcriptum ſi Papa mandat alicui tanq̄ ſcolari Bononienſi prouideri q tamen erat Paduanus Bononię ſtudens.*
11 *Faciens ſe clericum cum non ſit punitur iudicis arbitrio.*
12 *Collatio beneficii facta alicui tanq̄ clerico qui tamen clericus non erat tamen habitum geſtabat & pro clerico ſe gerebat non valet.*
13 *Clericus eſt laico dignior & maior.*
14 *Stilus Curiæ ius facit & pro lege ſeruatur.*
15 *Penſionis reſeruatio facta alicui tanq̄ clerico qui clericus non erat etiā motu proprio non valet.*
16 *Tempus date inſpicitur in gratia non habilitas ſuperueniens.*
17 *Tempus date inſpicitur in conſideranda dellegati habilitate.*
18 *Ordo clericalis in beneficiis eſt de ſubſtantia.*

Vigeſimoſecundo quęro, an reſeruatio pēſionis facta alicui tanq̃ clerico qui tñ erat merus & purus laicus valeat. Iſtam quęſtionem nō inuenio ab aliquo examinatā: circa quam putarem diſtinguendū, ꝙ aut penſio aſſignatur ꝑ ſedem apoſtolicā alicui vti benemerito de eccleſia vniuerſali vel particulari: aut pauperi, vt ſe ſuſtētari valeat, vt ſupra ꝓxima. q. dictum fuit: aut ſimpliciter aſſignatur alicui ꝓdictis ceſſantibus: & puto dicendū primis duobus caſibus, ꝙ ſi in līis reſeruationis eſſet expſſa cā meritorū, vel paupertatis eius, cui pēſio reſeruatur: ꝙ eo caſu, dato ꝙ ille nō eſſet clericus, non ꝓpterea conſtitutio pēſionis vitiaretur: tum qa ex cauſis ꝓdictis pōt penſio laico aſſignari, vt ſupra dixi ꝓxima ꝓcedēti. q. tum ēt, quia licet in reſeruatione ꝓdicta Papa narraret illū clericū, illa cā clericatus non eſſet cā fina. propter quā Papa moue
1 tur ad aſſignationē penſionis. †facit quod ſingulariter voluit Io. an d. in. c. pen. de imut. eccl. in. vi. quē ibi ſequitur Gem. i. & Frāch. in. c. cum ceſſante. ii. col. de appel. vbi dicūt, ꝙ cā quę poſita eſt in narratiōe legis vel ſtatuti pſumitur impulſiua, nō finalis, qñ poſtmodū lex vel ſtatutū largius loqtur, prout in caſu nīo in quo cau-
2 ſę meritorum vel pauptatis expſſe aſſignātur. †ceſſante aūt cā impulſiua, nō ceſſat effectus: & ſic diſpoſitio gl. in. c. qđ ad trāſlationē de renū. & in. c. cupientes in prin. in verſ. piculoſis: vbi Domi. poſt Io. and. de elec. in. vi. & glo. in. l. 1. §. ſexum. ff. de poſtulā. & gl. in. l. ſi mulier. C. de iur dot. Et p Alciatū in rep. rub. ff. de verb. obl. col. vi.
3 verſ. pro reſolutiōe breuiter. nu. 24. †Et propterea dixit Bar. i rub. de inſti. & ſubſti. col. 1. verſ. cā vero, ꝙ cauſa impulſiua non dr̄ proprie cā ſufficit. Igitur ꝙ ſubſiſtat cā fina. quę fuit ratio meritorum vel paupertatis, ſiquidē ex illius expſſione cognoſcitur quale fuerit principale intentū concedentis penſionē, vt deducit Sozin. conſi. 251. incipiente, quoniā in pſenti conſultatione verſ. cōprobatur
4 circa princ. in. 2. volu. † & cā finali ſtante durat effectus non obſtāte defectu cauſę impulſiuę: vt per doc. in. d. c. cum ceſſante. Quinimmo qñ eſſent duę cauſę fina. eiuſdem diſpoſitionis & ipſarū altera ceſſaret, altera vero ſubſiſteret, diſpoſitio firma maneret. ita ꝓbat tex. in. d. §. affinitatis. īſti. de nup. & in. §. fi. in auc. de inſtr. caut. & fide. in verſic. ex vtroq;. & in. §. ſed & ſi quis, & in. §. ſi vero nullus. Ad idem Bal. in. l. 1. col. iiii. C. de condi. indebit. verſic. item do talem regulā Bart. in. l. 1. ff. ſolut. matri. Bal. in. l. generaliter. 3. col.
5 C. de epiſco. & cleri. †Nec obſtat ſi quiſpiam dixerit prędicta non procedere in beneficialibus in quibus ad refrenandā ambitionem

etiã ceſſante cauſa impulſiua ceſſat effectus: vt notant dixit Abb. p illũ tex. in. c. poſtulaſti in vlt. not. de reſcri. quẽ refert & ſequit Decius in. d. c. cũ ceſſante col. 1. verſi. & p̃dicta cõcl. de appel. quia literę reſeruationis p̃ſiõis nõ ſunt ꝓprie litere bñficiales: & p cõſequẽs nõ ſunt ambitioſę & reſtrĩgẽdę, cũ p̃ſio ſit qd mere tẽporale nil ha
6 bens ſpũalitatis: vt dixi ſupra. q. 1. &. q. ꝓxima p̃cedenti. † Videt tamẽ ꝙ literę reſeruationis p̃ſionis in multis regulentur vti litere beneficiales quę p ſurreptionẽ vitiantur ipſo iure. c. ad audientiam el. 2. de reſcrip. & ideo forte dicendũ eſſet, ꝙ cõcluſio p̃dicta ꝓcedat q̃do Papa motu ꝓprio p̃ſionẽ alicui reſeruat ex cauſis ſupradictis ſup fructib⁹ beneficiorũ faciũt ad hoc. d. ſupra. q. ix. i verſi. quid au
7 tem dicendũ ſit. † clauſula enĩ motu ꝓprio in literis appoſita facit gratiã valere nõ obſtãte ſurreptione tex. eſt in. c. ſi motu ꝓprio de p̃ben. in. vi. & ſic tutius erit tenere prędictã cõcluſionẽ ꝓcedere, quã
8 do cõceſſio penſionis facta eſſet motu ꝓprio. † Tertio vero caſu, quando aſſignata fuit penſio alicui ſimpliciter tanq̃ clerico: vt puta quando puta Titius reſignauit beneficiũ in manibus Papę ad fauorẽ ſempronii, & obtinuit Gaio eius nepoti, quẽ clericũ eſſe aſſeruit ſuper fructibus beneficii renuntiati penſionẽ annuã, puta ducatorum. xxx. reſeruari qui tamẽ Gaius erat merus laicus. Nã tali caſu dicendũ eſt, ꝙ reſeruatio dictę p̃ſionis eſt nulla: voluit enim Papa Gaio vti clerico ꝓuidere facit: quia falſa cauſa dans cauſam reſcripto illud vitiat. tex. c. in. c. ſignificante de reſcri. & ibidem glo. ꝙ maxime procedit, quando quis ſibi qualitatem aliquam attribuit quam non habet: vt in ſimili habetur de diſponente in. l. fina. C. de heredi. inſtit. vbi error nominis in diſponente, vt puta quando vocauit ſe Franciſcum, & ſibi nomen erat Hiero. acceſſit nam tunc actus vitiatur, vt etiam habetur in. d. l. final. per Bart. Angel. & ali
9 os vbi etiam Corneus col. 1. † Secundo facit: quia quando falſa demonſtratio dat cauſam conceſſioni, tunc eſto ꝙ de corpore conſtaret, diſpoſitio tamen non valeret. Ita dicit Roma. in conſi. 327 incipiente, iſte ſunt rationes in fine mouetur per tex. in. l. nec apud & in. l. ſi pater. C. de heredi. inſti. & in. l. tamq̃. C. de fideicon. vbi dicitur, ꝙ inſtit. heredis eſt nulla, quando teſtator ſempronium hęredem inſtituit vti filium ſuum, putãs illum ſibi filium eſſe, aliter ip
10 ſum non inſtituiſſet, cum tamen non eſſet teſtatoris filius. † Tertio facit doctrina Compoſt. in. d. c. ſignificante de reſcrip. vbi dixit, ꝙ ſi Papa mandat prouideri in diœceſi bononienſi Bernardino ſcolari bononienſi, & ille. B. ſit Paduanus Bononię ſtudens, tale reſcri

ptum vitiatur:& mouetur,quia Papa cēſetur velle illum beneficiare in loco ſuo originis potiuſq̃ ſtudii; quia in beneficiando aliquē locus originis attenditur.c.nullus.lxi.diſtinc.& ſequitur Ioan. An
11 dre.in.d.c.ſignificante.col.2.& poſt eum cęteri ibidem: vbi Felyn. col.vltima verſi.quęrit compoſtalanus. † Quinimmo ſi quis ſe
21 clericum facit eum non ſit, puniri debet iudicis arbitrio: vt dixit Bal.in.l.ſi ſub pretextu in fine.C.de Sacroſan.eccle. † Quarto facit:quia collatio beneficii facta alicui tanq̃ clerico,qui clericus nō erat,tamen habitum clericalem geſtabat, & pro clerico ſe gerebat, cum nullum haberet ordinem,non valet:vt concludunt omnes doctores in.c.2.de inſtit.& in.c.cum adeo de reſcri.licet ibi contrariū tenuerit Compoſt. quē ceteri impugnāt:& ibi latiſſime Fely. qui ad partes arguit in.1.2.&.3.col.& latiſſimę per Ioan.Seluam vltramontanum in tract.ſuo de beneficio in tertia parte.q.vi. hanc etiam opinionem cōtra Compoſt.ſequitur Archidia.in.c.fin.xii. q.1.vbi dicit,ꝙ Bonifatius octauus ſeruauit eam in perſonam ſui nepotis.non clerico enim beneficium eccleſiaſticum conferri non
13 poteſt nec debet.c.cum adeo de reſcri.c.ex literis de tranſact. gloſ. Ioan.monachi in rub.de clerico egrot.in.vi. † Quinto facit:quia nulli dubium eſt,ꝙ clericus:eſt laico dignior & maior:quinimmo dicitur eo potentior:vt voluit ſpecu.in.tit.de ceſſione action.in.§. 1.in verſi.ex ꝑxime dictis:& idē de reſcri.pręſent.§.ratione autem cauſę:in verſi.ꝙ ſi quis nominauit,exprimens autē perſonā digniorem in reſcripto malitioſe cōmodo reſcripti in totū carere debet.c.
14 ſedeſ.de reſcrip.vide Franchū in.d.c.ſi eo tē pore col.2.verſi.3.limita de reſcrip.in.vi. † Sexto facit ſtilus curię,ſecundū quē Papa regulariter nō cōſueuit laicis pēſionē aſſignare,ſed clericis paſſim illas reſeruat,q quidē ſtilus ius facit,& ꝑ lege ſeruatur:Spec.ī tit.de teſti.§.publicatis:verſi.deinde & idē de reſcri.ꝑſent.in.§.ratione formę quoq; in pri.ad idē eſt deciſio dn̄orū de rota in antiqs nu.710. Incipit nota,ꝙ ſtilus:vbi dicit, ꝙ ſtilus ſacri palatii ē quoddā ius licet ex facto oriat:allegat.c.ex lr̄is de cōſti.& tex.ī.c.venerabilis de cōfir.vtil.vel iut.& not.Abb.ī.d.c.ex lr̄is:& ibidē Deci⁹,col.3.ī verſi.7.nota:& ex ꝑdictis decidi poteſt,ꝙ qn̄ Papa alicui tanq̃ clerico
15 pēſionē ſimpliciter reſeruat,ſi is cui fit talis reſeruatio,nō ſit clīcus ſed purus laicus reſeruatio nō valebit.† Iſtā cōcluſionē amplia duobus modis. 1.vt ꝓcedat etiā ſi Papa motu ꝓprio reſeruaret talē pēſionē:qa licet motus ꝓprius excludat vitiū ſurreptionis c ſi motu proprio de ꝑbē.in.vi.tamen motus proprius non operatur ultra intentionē agentis; ut per Felyn.in.c.cōſtitutus col.4.in princ.de

reſcrip. & ibidē col. v. uerſi. Auctoritas uerſi. niſi ſcriberet: & idem in. c. cauſamq; el. z. col. z. verſi. & iſta concluſio de teſti. mens autē: & intentio Papę tali caſu fuit ꝓuidendi clerico merito ex defectu I
16 tentionis, talis reſeruatio erit nulla. † Secundo amplia ꝓcedere eti am, quando poſt reſeruationem penſionis ſibi factam tanq̃ clerico quis efficeretur clericus: quia tēpus datę inſpici debet: & habilitas ſuperueniēs nil operatur. c. ſi eo tēpore de reſcri. in. vi. gratia enim ex tēpore datę initiū ſumit: ideo illa eſt potiſſimū conſideranda ad idē eſt tex. in. d. c. eam te & i clem. finali eo. tit. & in. c. ſi ſuper de off. deleg. in. vi. Ad idē facit tex. in. c. fin. de reſcri. & in. c. tibi qui & in c. duobus. eo. tit. in. vi. facit quod voluit glo. in. c. ſtatutū in. 1. in verbo canonicis ad fin. de reſcri. in. vi. quę dicit aduertendū eſſe ad
17 tēpus datę. † In conſiderāda habilitate delegati vide Fely. in. d. c. eā te de reſcrip. col. penul. & col. fi. vbi multa circa hunc articulū accumulat. Idē decidit in canonicatu calder. in. c. z. de inſtit. vbi tenet, ꝙ ſi quis recipiatur in canonicū ante clericatū, ꝙ talis receptio nō valeat. Idē tenuit domi. in. c. cū adeo de reſcri. & ibidē Fely. col. z. in verſi. contrariā partē mouetur ꝑ tex. in. l. ex eo. ff. de milit. teſtam. ibi ex tēpore quo in numero relatus eſt non ante: & ad tex. in. l. fin. ff. de milit. teſtam. reſpōdent, vt ꝑ Felynū videre poteris in loco ſāl legato ad prędicta facit regula iuris quod a princ. non ſubſiſtit, tractu tēporis non conualeſcit. c. non firmatur de regul. iur. in. vi. Hic eſt, ꝙ in ſimilibus caſibus ne gratia ſit fruſtratoria, recurri ſolet ad Papā & impetratur gratia quā curiales vocant perinde valere: qa ſupplicatur pontifici, vt gratia iā facta perinde valeat ac ſi in ea ex ꝓſſum fuiſſet oratorē nō fore clericū ſed de ꝓximo clericādū vel ac ſi fuiſſet clericus tēpore datę illius, licet ex poſt factus eēt clericus.
18 † Iſta tamen quę dicta ſunt de beneficiis, videntur habere diuerſā rationē: quia ordo clericalis in illis eſt de ſubſtantia: nam laycus ſui natura non eſt capax beneficii ſicuti eſt pēſionis: vt vidimus ſupra. q. xxi. cum non clerico beneficiū conferri nō poſſit. c. cum adeo de reſcrip. & c. ex literis de tranſact. & habeť per Io. monachū in. c. ſi annū de iudi. in. vi. & idē in rub. de cleri. egrot. in. vi.

Pēſio an īponi poſſit ſuper fructibus bn̄ficij quod eſt de iur. patrona, ſine cōſenſu patroni. Q. xxiij.

1 *Eccleſia patronata patronum inopem allere tenetur,*
2 *Patrono inopi competit actio contra Eccleſiā patronatā pro alimentis.*
3 *Cōmenda facta de beneficio patronato ſine patroni cōſenſu eſt nulla.*

4 *Renunciatio facta de beneficio patronato ſine patroni cõſenſu eſt nulla.*
5 *Permutatio facta ſine conſenſu patroni eſt nulla.*
6 *Epiſcopus non reſtituit clericũ in eccleſia patronata ſine patroni cõſenſu.*
7 *Vnio de beneficio patronato ſine patroni conſenſu eſt nulla.*
8 *Epiſcopus bona eccleſie patronate conuertere non poteſt in prębẽdas ad comodum alterius eccleſie ſine patroni conſenſu.*
9 *Patroni conſenſus non requiritur in alienatione rerũ eccleſie patronate.*
10 *Rector eccleſie patronate ſine conſenſu patroni pręſentare poteſt ad tit. ſue eccleſie clericos ordinandos qui ali debent ab ipſa eccleſia.*
11 *Epiſcopi diſp. circa ius patronatus valet quãdo patrono nõ pręiudicat.*
12 *Patronus penſionem nimis oneroſam eccleſie petere põ moderari.*
13 *Portio in titulum beneficij aſſignari non poteſt ex reditibus beneficij patronati ſine patroni conſenſu.*

VIgeſimo tertio quęro, an pẽſio poſſit alicui reſeruari ſup fructibus bñficii quod eſt de iure patronatus laycorũ ſine conſenſu patroni. In iſta queſtione nõ tacta a doctorib⁹ ꝙ videri, vide
1 tur dicendũ ꝙ nõ. † Intereſt.n. patroni ne eccleſia, in qua ius patronatus habet, grauet in diminutione reddituũ & ꝓuentuũ cũ eccleſia patronata patronũ alere teneatur indigentẽ: vt p Inn. c. & alios in. c. nobis de iur. patro. Ad idẽ facit tex. in. c. quicunq; el. 2. iuncta
2 glo. 16. q. vii. † Quinimmo patronus indigẽs actionẽ habet contra eccleſiã patronatã vt ipſum alimẽtet. vt cõcludunt doct. maxie Io. and. in. d. c. nobis in vlt. not. & Rochus de curte in tract. ſuo de iur. patr. in verbo vtile in. 1. idẽ voluit ſolẽnis ꝑceptor meus Ant. Burgos hiſpanus a quo ius canonicum audiui in almo gymnaſio Bononienſi. In. c. 1. col. penul. verſi. limita tamẽ de empt. & vend.
3 † Secundo ꝓ iſta parte facit: qa beneficiũ quod eſt de iure patronatus laicorũ, comẽdari nõ põt alicui ſine patroni cõſenſu. gloſ. in. c. nemo deinceps: & ibi domi. de elect. lib. vi. Si vero hmõi beneficiũ comẽdet ſine patroni cõſenſu, an tunc comẽda illa aliter nõ caſſata patronus in eo pſentare poſſit, vide p hoſtieñ. & Innoc. in. c. dudũ el. 2. de elect. & p domi. in. d. c. nemo deinceps. col. 4. & ibidẽ Fran
4 chus de elect. in. vi. † Tertio facit qa clericus habens beneficium quod eſt de iur. patr laicorũ illud renuntiare nõ põt ſine cõſenſu patroni, vt voluit Innoc. in. c. finali de renunc. & hoc mẽti tenẽdũ dicit Abb. in. c. ſignificatũ de ꝑben. Idẽ voluit. Abb. i. c. de multa col. 4. eo. tit. & Imol. in. d. c. ſignificatũ col. 1. & ideo nec pmutatio fa
5 cta ſine cõſenſu patroni valet, † vt cõcludit Stefan. Beltrã. in. cõſi.

193.incipiēte,illud certum eſt.in.1.volu.& Collec.in.c.cū olim col.1.verſi.ſed nunquid permuta.& late per Rocch.in.d.trac.de iure patr.in verbo honorificū.q.3.& Domi.in.d.c.nemo deinceps. col.iiii.vbi dixit,ꝙ ſi laicus patronus pmutationē huiuſmodi ipugnat ſine eius conſenſu factā,poterit ēt illa permutatione non caſſata vel reuocata alium preſentare.id tñ procedere dicit,qñ permutantes fuerint in culpa ſcientes eccleſiam eſſe patronatam:de quo tñ vide latius per eū ibidē.& per vltr.in trac.de permut. benefi.in v.parte.verſi.ſed qro an permutatio:& Domi.in.c.1.de rer.pmut. in.vi.col.fi.verſi.Quid ſi fiat permutatio.& Lap.alleg.96.incipiēte.Beneficia vacantia in fi.vbi dixit,ꝙ permutatio eccleſiarum ad quas laicis competit ius patronatus facta in Romana curia ſine mentione iuris pſentandi laicorum non valet.& ꝙ ſic vidit ſeruari. Idem voluit Calder.conſi.2.in rub.de re.permut.in.vi.& Bellem.

6 deciſ.179.& deciſ.181.†Quarto facit:quia epſ reſtituere nō poteſt clericum depoſitū ab eccleſia patronata ſine conſenſu patroni. ita voluit Gemi.dicens hanc eſſe cōmunem opinionē in.c.quis. de reſcrip.in.vi.ſuper glo.penul.idem voluit Ant.de but.& Abbas in.c.tranſmiſſam in fine de renūc.& Siccu.in conſil.ſuo.xxiii.inci-

7 piente,ſcripſit propheta.col.vii.in.1.volu.†Quinto facit: quia vnio facta de huiuſmodi beneficiis ſine cōſenſu patroni non valet, vt per Thomam faſtoli in ſuis dubiis.in.2.cauſa in.vi.dubio dicētem,ꝙ ita tenuit maior pars dñorum de Rota,quem refert & ſeqtur Rocch.in.d trac.ſuo de iu.patr.in verbo honorificū.q.3.verſ. inquantum etiam & Fely.in trac.ſuo qñ lit.apoſt.noc.patr.eccl.in

8 prin.† Sexto facit:qa epſ bona eccleſię patronatę conuertere non poteſt in pbendas,vt deſeruiant neceſſitatibus alterius eccleſię ſine conſenſu patroni.ita notanter dixit Abb.in.c.ſuggeſtum de iur. patro.& per Rocc.in.d.trac.ſuo loco ſupra allegato.q.3.colū.3. verſi.item bene facit ad pdicta.Iſtis tñ non obſtantibus,contrariū puto de iure verius,uidelicet ꝙ penſio reſeruari poſſit ſuper fructibus beneficii quod eſt de iur.patr.laici ſine cōſenſu patroni:& hoc

9 comprobo ex infra dicendis.†Primo,quia in alienatione rei eccleſię patronatę patroni cōſenſus non requiritur de neceſſitate, licet ſecus ſit de honeſtate:vt concludunt Imol.Abb.& alii in.c unico. ut eccle benefi.ſine dimi.confer.Pet.de anch.in conſi.cxxi.incipiēte,ex narratis,& per glo.Bart.& alios in auct.de allen.& emphi.in prin.& ratio adducitur:quia ex tali alienatione non pıudicatur iuri patronatui ita inquit Ancha.in.d.ſuo conſi.quem ſeqtur Roc-

chus in p̄allegato trac.ſuo in uerbo honorificum. q. 3 .col. 2 .in fi.
& col. 3 .in princ.idem igitur erit in reſeruatione penſionis cum ex
ea non p̄iudicetur patrono in ſuo iure patro.& iure p̄ſentandi , ſed
10 tantum rectori eccleſię patronatę cui fructus diminuuntur.† Secū
do moueor:quia rector eccleſię patronatę ad titulum ſuę eccleſię
p̄ſentare poteſt clericos ordinādos,qui ab ipſa eccleſia alimēta pci
piant ſine conſenſu patroni:& hoc ex eo ꝙ nullum per hoc preiudi
cium inferatur patrono.tex.eſt ubi notatur in c.poſtulaſti. de iure
patr. Fede.de ſenis.conſi.9 5 .incipiente,ſuper dubitationū articu/
lis.col.ii.& per Rocch.loco proxime allegato.q. 3 .colū. 2 .in fi.in
uerſ. Hinc dicimus.ita eſt in aſſignatione pēſionis ex qua patrono
in ſuo iure p̄ſentandi non p̄iudicatur:quinimmo illud illeſum ſibi
11 ſeruatur. † Tertio facit:quia ēt qn̄ nullum ſit p̄iudiciū patrono ua
let epi diſpoſitio circa ius patronatus,& ſuper rebus eccleſię patro
natę.ita dixit Abb.in.d.c.ſuggeſtum:& hanc partē quod reſerua/
tio pēſionis ſuper fructibus beneficii patronati valeat ſine cōſenſu
patroni amplectit̄ Curia:& ita ſeruatur,ut audio. Nec obſtant ad
ducta ſupra in contrariū:quia reſpondēdo dr̄,ꝙ non obſtat primū
fundamentū de intereſſe patroni ꝓpter alimenta ſibi debita in caſu
indigentię & inopię:quia aſſignatio penſionis principaliter tēdit
in dānum rectoris eccleſię grauatę:ideo eius conſenſus reqritur:vt
uidimus ſupra.q.x. intereſſe aūt patroni rōne alimētorum in caſu
neceſſitatis non eſt in cōſideratione:quia habet ſe ad eſſe & nō eſſe
& caſus aduerſaq; fortuna liberi hominis non ſunt expectādi. l. iter
ſtipulantē.§.ſi ſtipulatus.ff.de uerb.obli. Patroni.n.principalę in/
tereſſe uerſatur circa ius p̄ſentādi,quod ſibi ex gr̄a ſedis apoſtolicę
fuit indultū.c. 3 .ubi doc.de iur.patr.cui p penſionis reſeruationē
nō p̄iudicat̄. Ad. 2. 3 .4 .et. 5 .obiecta ſupra adducta r̄ndet̄,ꝙ ideo
in illis caſibus cōſenſus patroni reqritur:qa agitur de eius p̄iudicio
circa ius p̄ſentandi,iuxta not.per Abb.& alios in.d.c.ſuggeſtū de
iu.patr. Ad ultimū r̄ndetur,ꝙ in illo caſu bona eccleſię patronatę
applicātur p̄bendis ut neceſſitatib⁹ alterius eccleſię deſeruiant ppe
tuo.hinc eſt ꝙ patroni cōſenſus ibi reqritur:qa ei⁹ eccleſia ſpoliat̄
& altera ueſtit̄ eius bonis,ī aſſignatione aūt pēſionis nō eſt ſic:qa
pēſio non eſt ꝑpetua,ſed tēporalis,uidelicet ad uitā pēſionarii tm̄,
ut uidimus ſupra.q.xii. Ideo patroni cōſenſus non reqritur in eius
aſſignatiōe & hāc opiōnē tanq̄ iuridicā amplectit̄ Ro.curia,& ita
12 ſeruat̄.† Puto tn̄ dicendū,ꝙ ſi penſio īpoſita ſup fructibus eccleſię
patronatę eſſet nimis onerosa illi eccleſię,ꝙ patronus poſſet petere

tam reuocari vel ſaltim reduci ad debitam quantitatẽ. faciunt ad hoc quę dicunt doc.in.c.vnico vt eccle.benefi.ſin.dimi.confer.vbi volunt,ꝙ licet conſenſus patroni non ſit neceſſarius in alienatione bonorũ eccleſię patronatę: tñ ſi alienatio fiat ſine cã vel indebite,
13 tũc patronus petere põt alienationẽ huiuſmodi reuocari.†Qñ vero extraheretur ex beneficio patronato certa portio reddituũ,& aſſignaretur alicui clerico in titulũ beneficii,vt de cętero eẽt eccleſiaſticum beneficiũ.iuxta notata in.c.cõqrente de cleri.nõ reſi.puto eo caſu dicendũ conſenſum patroni eſſe neceſſariũ,eſto ꝙ dictũ beneficiũ portio ſiue penſio diceretur p ſupradicta,& p ea quę voluit Abb.in.d.c.ſuggeſtũ,colũ.ſi.tunc.n.dicta penſio diffinitur vti beneficium eccleſiaſticum,vt dixi ſupra.q.1.

In reſeruatione penſionis ſuper fructibus bene ficij quod eſt de iure patronatus an fieri debeat mentio iuriſpatronatus. Quęſtio.xxiiij.

1 *An talis mẽtio requiratur qñ beneficiũ eſt de iure patronatu clericoꝝ.*
2 *Ius patronatus ſpectans clerico ratione ſui patrimonii laycalis eſt.*
3 *Ius patronatus clericorum & laycorum ſimul laycalis iudicatur.*
4 *De iure patronatu laycorum facienda eſt mentio in literis penſionis.*
5 *Collatio beneficii patronati facta ſine patroni conſenſu nulla eſt.*

1 ad pdicta quia penſio non datur in titulum.Hinc eſt dicebat pręfatus doctor in dicto ſuo libello fol.86.in notabilibus penſionum ꝙ in penſione & comendis quis non examinatur nec datur forma dignum quia examen & forma dignum locum habent quando beneficium confertur in titulum.& quia pręſens quęſtio eſt ſatis clara ideo ulterius non inſiſto.

Penſio

Penſio an poſſit permutari cum beneficio eccleſiaſtico. Quæſtio.xxxiij.

1 *Prebenda eſt duplex.Spiritualis & temporalis.*
2 *Penſio que in titulum datur poteſt permutari cum beneficio.*

TRigeſimo tertio quęro an penſio cum beneficio eccleſiaſtico permutari poſſit Cardi.& Ioan. de Imol.in clemen.vnica.§.eadem.de ſupplen.negligen.prę lat.Vbi Card.q.ix.decidunt ꝙ non:& rationem adducunt, quia penſio etiam ꝙ eſſet aſſignata clerico pro titulo recipiendorum ordinum non tamen cenſetur titulus beneficialis de quo in.c.tuis.de prębend.& in hac opinione reſident ēt in.d.clemē.vnica. Guiliel.& Egid.ratio aūt cur ꝑmutatio talis non valeat eſt,ꝗa penſio eſt quid tēporale nil hñs ſpūalitatis vt vidimus ſupra.q.1.faciūt dicta ſupra.q.xxi.vbi concluſum fuit ꝙ penſio poteſt ēt in laicum cadere,pro habendo autem beneficio eccleſiaſtico non eſt licitum aliquid temporale exhibere alioquin eſſet ſimonia.c.cum eſſent.c.querelam.&.c.ex diligenti.cum ſimilibus.de ſimo.Hanc concluſionem tenuit etiam Fede.de ſenis. in trac.ſuo de permut.benefi.q.ix.& Petrus de Vbal.in repet.c.primi de rer.permut.quam etiam ſequitur Caccialupus in tract. ſuo de penſio.q.xiiii.& vltra non.in trac.de permut.benefi.in.iiii.parte circa finem comprobatur concluſio prędicta ex his quę voluit
1 Card.in clemen.fi.q.xii.de pręben †.vbi dicit duplicem eſſe prębē dam videlicet quendam ſpiritualis licet eius ſubſtantia in rebus tēporalibus conſiſtat:& iſtam dicit permutari non poſſe niſi cum iure ſpirituali.c.ad quęſtiones de rer.permut.Aliam eſſe temporalē quę datur etiam de rebus eccleſiaſticis pro aliquo labore temporali alicui benemerito puta aduocato & ſimili, & iſta ex quo nullam continet ſpiritualitatem permutari non poterit cum ſpirituali iure argumento.tex.in.c.cum eſſent de ſymo.c.veniens.de pact.c.cū pridem.xii.q.ii.c.quicunq;.xvi.q.1.& adducit aliam rationem dicens,ꝙ penſionarius ad eius vitam habet pēſionem vnde ſi permutaret & contingeret illum in quem penſio transfertur iure permutationis viuere vltra ipſum nil haberet quia ille non potuiſſet plus iuris in eum transferre quam haberet.c.nuper.de donat.inter vir.& vxor.quam rationem dicit ceſſare quando prębēda permutatur vt titulus beneficii.tunc enim fit permutanti collatio & ideo ſi moriatur is qui primo habebat.Iſte titulum habere non deſinit.Tu ta

men dicas ꝙ iſta ratio nō militat quando penſionarius permutās haberet facultatem transferendi penſionem in aliam perſonam nam tunc facta penſionis translatione morte transferentis penſio non expirat ſed durat ad vitam eius in quem transfertur ſed bene militat prima ratio ꝙ de ſpirituale ad temporale non valet permu
z tatio ex dictis per Cardi. † Habes concluſionem ꝙ quando penſio eſſet clerico aſſignata in titulum beneficii ita vt deinceps eſſet beneficium eccleſiaſticum de quo habetur in.c.cōquerente de cler. non reſid.& dixi ſupra.q.prima &.q.21.in verſi.ad quod faciunt & q.23.verſi.quando autem extraheretur &.q.28.verſi.quarto limita:tunc bene poſſet cum beneficio eccleſiaſtico permutari ſupradictam concluſionem ꝙ penſio permutari non poſſit cum beneficio eccleſiaſtico tenuit etiam Bonifat. in clem. prima de rer. permut. col.tertia numero. 32.dicit enim ꝙ permutatio locum habet inter ſpiritualia hinc inde non autem inter temporale vt eſt penſio & ſpirituale vt eſt beneficium nam in habentibus ſimbolum facilis eſt tranſitus.l.ſed cum patrono.ff de Bon.poſ.l.an inutilis.§.acceptū ff.de except.Hanc eandem concluſionem tenuit etiam Paul.de Roma in tract.ſuo de penſ nuper in lucem edito qui iſtam queſtionē: longe melius & copioſiꝰ ceteris examinat in.vii.queſito in verſi.venio & nunc ad queſtionem ſeptimi queſiti vbi dicit ꝙ prędicta concluſio procedit de iure communi.Sed nunquid Papa poſſit auctoritatem pręſtare contrahentibus vt poſſit penſio cum beneficio eccleſiaſtico ꝑmutari cōcludit idē Paulꝰ ꝙ nō q̄a licet Papa poſſit ſupra ius diſpēſare vt in.c.ꝓpoſuit de conceſ.ꝑben.nō tamē tollere poteſt naturā iuris nec in eo diſpenſationē intelligere.c.cū ad monaſteriū de ſtat.mona.ipſum videre poteris quia iſtā queſtionē copioſe examinat cuius dicta breuitati ſtudēdo non intendo referre:

Penſio an ſalua conſcientia peti & ſolui poſſit literis non expeditis. Queſtio.xxxiiij.

1 *Litera non eſt de ſubſtantia gratie ſed probationis gratie.*
2 *Donatio imperialis ſcriptura non eget.*
3 *Neque bullatio neꝙ ſcriptura eſt de ſubſtantia gratie.*
4 *Papa cenſetur gratiam facere iuxta ſtilum cancellarie.*
5 *Clauſula ꝙ ſola ſignatura ſufficiat non exigit literarum expeditionem.*
6 *Gratia pape ſolo verbo facta valet.*
7 *Contractus vallidus ſecundum ius naturale licet nullus ſecundum ius po*

ſitiuum reddit quem tutum in foro conſcientie.

8 *Solemnitas expeditionis literarum eſt de iure poſitiuo.*

9 *Electus eſt tutus in foro conſcientie quādo tenet electio de iure naturali penſio quando ſit licita.*

10 *Regula cācellarie ꝙ gr̃a nō ſuffraget̃ niſi lr̃is expeditis quomō ꝓcedat*

11 *Cautela vt quis ſine literarum expeditione poſſit litem mouere.*

12 *Verbum ſuffragetur intelligitur in foro iudiciali.*

13 *Diſpenſatus ad plura incōpatibilia eſt tutus etiam nō expeditis literis.*

14 *Diſpenſatio expreſſe facta poteſt teſtibus & inſtrumentis probari.*

TRigeſimo quarto quęro An. pēſio ſalua cōſciētia peti poſſit
& exigi literis ſup illius reſeruatione nō expeditis hanc que-
ſtionē inueni tactā p magnū illū praticū Hieronymū, Paulū, Hiſ-
panū antiquū curialē in libello ſuo ītitulato ꝓuinciale oīum eccle
ſiarū ſeu pratica cācellarie ī qua videt̃ dicēdū ꝙ ſignata ſupplica-
tione licite & ſalua cōſciētia exigi poſſit & ſolui pēſio lr̄is nō expe-
1 ditis cū ad eſſe gr̃e lr̃a nō requirat̃: † Lr̃a.n. eſt de ſubſtātia ꝓbatio-
nis gr̃e nō autē de eēntia ipſius gr̃e vt voluit Bal.in.l.humanū.C.
de legi.& Io.an.in ꝓhem.vi.vbi Frāchus in verſi.vniuerſitati in q-
bus locis dicūt ꝙ ſi Papa facit alicui gr̃am vel collationē beneficii
& mandat de hoc lr̃as fieri & anteq̄ fierēt moriat̃ gr̃a p ipm̄ facta li-
cet nōdū redacta ad bullā & ſalitā formā nō expirat eius morte: &
ita ſe cōſuluiſſe dicit Io.an.loco p̄allegato facit ad hoc tex.cū glo.
in clem.dudū circa finē in verſi.Nos.n.de ſepult.ad idē facit tex.in
2 §.ꝓficiunt̃ inſti.de donat.† Donatio.n.īperialis nō eget ſcrip.l. ſan-
cimus.§.exceptis.C.de donat.facit ꝙ voluit Deci⁹ in rub.de cōſti.
in.1.lect.col.penul.in verſi.ex ſupraſcriptis vbi dixit ꝙ gr̃a & priui
legiū valēt abſq; ſcrip.ſtati.n.ꝙ Papa dicit fiat gr̃a eſt ꝑfecta Bal.ī.
l.fin.in prin.C.de comu.ſeru.manumiſ.& idē in.l.fi.col.2. verſi. &
ideo fuit q̄ſtio.C.ſent.reſcin.nō poſ.& in.l.falſus col.viii.verſi.ſci-
3 as.C.de furt.† Idē voluit Card.in ꝓhe.clem.verſi. Ne ſane in fine
vbi cōcludit ꝙ nec bullatio nec ſcrip.eſt de ſubſtātia gr̃e vel priui-
legii de quo eſt tex.cū glo.in.c.iuſti.xxv.q.2.verū tamē eſt ꝙ quā-
do Papa morit̃ facta gr̃a nōdū tamē lr̃is cōfectis ſup ea lr̃e expediū
tur poſtmodū ſub nomine pōtificis ſucceſſoris ī forma rationi cō-
gruit vt eſt prouiſum per regulas cancellarie apoſtolice. Iſtam con
cluſionem ꝙ penſio exigi poſſit licite literis non expeditis tenuit
etiam gloſ.in regulis cancellarie Innocentii.viii.in regula.xxv. in
fine vbi dixit ꝙ ſi quis vult ꝙ ſibi ſoluatur penſio ſine expeditione

literarũ cautela eſt ꝙ is qui conſentit pẽſionis reſeruationi faciat in ſtrumentum ad partẽ ꝙ eſt contentus ſoluere pẽſionẽ etiam literis non expeditis & ꝙ renunciet dicte regulę cancellarię, ſubdit tamẽ & ita eſt veritas ꝙ ſucceſſor in beneficio grauato onere dicte pen/ ſionis non teneretur ex tali contractu Cõtrariã autem partẽ ꝙ im/ mo penſio nec peti nec exigi poſſit ſalua conſcientia literis non ex/ peditis tenuit ille praticus in.d.libello prouinciale oĩum eccleſiarũ folio.45.in verſi.bona quę auferuntur verſi.& faciunt hec ad que/ ſtionem vbi dixit ꝙ ſalua conſciẽtia literis non expeditis nec recipi nec licite ſolui poteſt penſio mouetur quia cõſenſus partiũ non po

4 teſt operari vltra conſenſum papę ſeu principis. † Cum Papa hoc caſu velit tacite ꝙ ad effectũ perfectionis gratię litere expediantur nam per ſignaturã Papa cenſetur gratiã facere iuxta ſtilũ per cancel lariam limitandũ ſeu declarandũ & illa eſt tacita eius voluntas ita voluit Bellem.Deciſ.698.Oldr.conſi.226.& per Bald.in.c.1.p quos fiat inueſti.in vſi.feud.& milus in ſuo repert.in verbo gratia facit regula cancellarię qua cauetur ꝙ nemini gratia ſuffragatur ni ſi literis expeditis, videtur igitur neceſſariũ ꝙ expediant̃ litere qui/ bus expeditis gratia dicit̃ habere eſſe ſuũ allegat Bellem. deciſ.cx. ſubdens ꝙ in ea tunc oſtendit̃ aperta mens Papę & expreſſa ſed in li teris reſeruationis penſionis dicit ipſe ponitur clauſula de mẽte Pa pe:poſtq̃ dicte litere pręſentate fuerint ergo ante illarũ pręſenta tio nem & multominus ante expeditionẽ non poteſt exigi vel ſolui pẽ ſio:dicit tamen dictus autor ꝙ credit ꝙ ſi partes eſſent certe de ex/ pedicione literarũ q̃quam non pręſentent̃ litere tamen in foro con ſcientie poſſet ſolui & exigi penſio cũ tacita,volũtas principis hũc caſum non excludat ſcilicet ꝙ velit de neceſſitate literas pręſentari & non haberi pro pręſentatis cũ huiuſmodi pręſentatio literarũ in ducta ſit in fauorẽ partis debentis penſionẽ ſoluere,& ne recipiant̃ penſiones ſuper beneficiis eccleſiaſticis abſq; aſſignatione ſuperio/ ris & illius voluntate,de qua voluntate ſufficit ꝙ conſtet alite r q̃ p pręſentationẽ literarum ad hoc vt in conſcientia quis ſit tutus dũ/ modo in veritate litere ſint expedite & ſubdit dictus auctor ꝙ idem videtur ſibi dicendum in omni caſu in quo de voluntate Papę eſſet ꝙ litere expedirentur quia ante expeditionẽ quis eis vti non poſſet ſine peccato:quid autem dicendũ ſit in diſpẽſationibus & aliis gra

5 tiis vide ibidem per eundem fol.45.† Bene verum eſt ꝙ quando ĩ gratia eſſet clauſula ꝙ ſola ſignatura ſufficiat tunc quis eſſet tutus in foro conſcientię abſq; aliqua expedicione literarum nam tunc

apparet

apparet expreſſe mens Pape non curantis de expeditione literarũ & hoc modo videtur debere intelligi tex.& glo.in.d.clem.Dudum
6 in verſi.verbo de ſepultur.& glo.in.c.inſtitutiones.25.q.1.† Vbi habetur ꝙ gratia Pape ſolo verbo facta valet,& ita dicit dictus au ctor quotidie in curia praticari ſubdens etiam ꝙ audiuit a quodã theologo ꝙ ipſe credebat ꝙ ſi mens principis volentis tacite vel ex preſſe ꝙ ſuper gratiis per eum factis expediantur litere: & aliter gra tie non valeant moueatur non propter intentionem vt gratie meli⁹ examinentur per literarum expeditionem ſed tantum vt ex illa expe ditione veniat ei lucrum. Tunc & eo caſu etiam non expeditis lite ris gratia quis vti licite poſſet & hoc propter malam intentionem & iniquam principis voluntatem. Nam ſi ſuper hoc legem fecerit videtur iniqua talis lex cum ad vtilitatem communem non ad pri uatam lex fieri debeat,faciunt notata in.c.primo de conſti. & in.c. erit autem lex quarta diſtinc.&.c.quę cõtra.viii.diſtinc.facit quia iniquam legem condendi deus ſibi auctoritatẽ non dedit, ad quod facit tex.in.c.qui reſiſtit.xi.q.iii.dicit tamen ꝙ in dubio pręſumen dum eſt principem ad bonum finem feciſſe huiuſmodi legem. Iſta ſunt dicta per eundem auctorem Ego autem arbitror itrepide di cendum primam opinionem eſſe de iure veriorem videlicet ꝙ pen ſio ſalua conſcientia recipi & ſolui poſſit literis ſuper illius reſerua tione iam facta non dum expeditis & moueor ex infraſcriptis.† Pri
7 mo quia nulli dubium ꝙ de iure naturali ſtatim ꝙ Papa dicit fiat, gratia facta eſt ſolemnitas autem extrinſeca expeditionis literarum eſt de iure poſitiuo ergo ſi omittatur expeditio literarum facta gratia ſuper penſione tam ſoluens q̃ recipiens penſionem erit tutus
8 in foro conſcientie. † Ad hoc facit quod voluit Innoc.in.c. quia pleriq; de immun.eccle.& ibi Abb.col.xi.verſi.quo ad ſecundã par tem vbi dixit ꝙ quando contractus fuit nullus ratione ſolemnita tis omiſſe inducte a iure poſitiuo tamen ſecũdum ius naturale eſt vallidus tunc quis redditur tutus in foro anime. † Ad idem facit ꝙ
9 voluit idem Innoc.in.c.ſicut de elect.vbi dixit ꝙ ſi de iure naturali tenuit electio videlicet ratione conſenſus eligentium licet ſit nulla ex defectu non ſeruate ſolemnitatis inducte a iure poſitiuo elect⁹ in foro conſcientie non tenetur renunciare tali electioni cum habe at fundamẽtum iuris naturalis. In propoſito autem noſtro ad hoc vt penſio ſit licita requiritur ꝙ conſtituatur de voluntate Pape ſeu alterius ad id auctoritatem habentis & ꝙ ex cauſa fiat & de conſen ſu rectoris beneficii grauati & quando iſta omnia concurrunt non

video quid obſtet quin ſoluens & recipiens ſint tuti in foro conſci-
10 entie etiam ſoluendo ante expeditionem literarum. † Ad regulam
cancellarie dicentem ꝙ gratia non ſuffragetur alicui niſi literis ex-
peditis reſpondeo ꝙ procedit in foro iudiciali. Nam ſi quis vigo-
re ſupplicarionis ſignate ſuper reſeruatione penſionis vellet agere
contra rectorem beneficii grauati vt illam ſibi ſolueret tunc ei talis
gratia non ſuffragatur ſine literarum expeditione ex quibus oritur
actionis exercitium ita decidit regula cancellarie.xxv.quę dicit ꝙ
iudices tam in Romana curia q̃ extra non iuxta ſupplicationum ſi-
gnatarum ſuper quibuſuis impetrationibus vel conceſſionibus ni-
ſi ſint comiſſiones iuſtitiam continentes ſed iuxta literarum ſuper
eiſdem impetrationibus & conceſſionibus confectarum tenores &
formam iudicare habeant,ad. Idem facit alia regula cancellarie nu
mero.xxix.quę dicit ꝙ omnes & ſingule cauſaurum commiſſiones
quas in antea fieri contigerit obtente vel occaſione conceſſionum
duntaxat apoſtolicarum de beneficiis eccleſiaſticis gratiarum ſup
quibus apoſtolice litere confecte non fuerint ac proceſſus ſuperin-
de habendi nullius ſint roboris vel momenti,& ſic ex verbis dictarũ
regularum cancellarie clare patet ꝙ Papa voluit illum cui gratiam
11 fecit actionis exercitiũ non habere niſi literis expeditis. † Vide ad
hoc Son zin.in conſi.41.incipiente viſo indultu legittimationis
in.2.col.verſi.ſecundo etiam aduertendum & in verſi.tertio etiam
reſponderi in.3.volu.qui etiam circa dictam regulam cancellarie
ita ſentit,et ideo inoleuit ſtilus curie Romane ꝙ ad hoc vt quis li-
teris non expeditis ſuper impetratione beneficii poſſit litem moue
re contra alium ſuper eo & obtinere cauſe cõmiſſionem contra eius
aduerſarium ꝙ obtineat a Papa commiſſionem ꝙ in cauſa proce di
poſſit literis non confectis quam cõmiſſionem ſignatura dare ſolet
vſq; ad terminum ad articulandum & ita procedunt & intelligi de-
bent que voluit Bella. in.d. deciſio.698.Oldra.in.d.conſi.226
Bal in.c.1.per quos fiat inueſt.& Mil.in.d.ſuo repert.in verbo gra
12 tia Supra adduct. & prędicta concluſio † comprobatur etiam q2
illud verbum poſitum in regula cancellarie ſupra allegata ſuffraget
intelligitur in foro iudiciali non conſcientie cum proprie aliquod
repuſiuum ſignificet & controuerſiale argumento eorum que volu-
13 it ſpecul.in titu.de adul.in fine & p doct. in rubrica.C.de ſuffra. &
dixit † glo.in regula cãcellarie Innocentii.viii.in regula numero.53
ꝙ diſpẽſatus ad tria incõpatibilia ſi illa teneat literis nõ expeditis ſu
per tali diſpenſatione nõ incidit in penã extrauagantis execrabilis

& q ita audiuit alias ſententiatum fuiſſe in rota pro cuius opinione illud adduci poteſt quod voluit Baldus in addic.ſpecul.in titulo de diſpenſa.in verſiculo ſed nunquid ſuperior quem refert & ſequitur Firmanus in ſuo copioſo repertorio in verbo diſpenſatio quid ſit verſiculo.ix.
14 † Vbi dixit q diſpenſatio expreſſe facta poteſt teſtibus & inſtrumentis probari:& tamen gratia pape teſtibus probari non poteſt ſed ad eius probationem ſcriptura requiritur vt per doct.in.c.ex diligenti in fine de Simo.vbi late per Fely.& Cardina.in clementinarum prohemio.verſiculo ſane in fine & ita ſe habet communis opinio doct.de quo dixi in addit: meis ad lecturam Decii in rubrica de conſti.in prima lectura vbi Decius contrarium tenere videtur adde q etiam iſtam opinionem inueni nuper tenuiſſe R.P.D.Lodouicum gomes auditorem rote in comento regularum cancellarie de non iudicando iuxta formam ſupplicationis.q.xiiii.pro qua adde q voluit Felynus.in rubrica de conſtitu.col.quarta verſi.Secundus caſus eſt vbi tenuit aperte q in foro conſcientie quis vti poteſt gratia pape licet literas non habeat adde etiam ea quę tradit Caſſa.in deciſ.ſuis ſuper regul.cancellarie deciſ.36.

Penſio impoſita ſup fructibus beneficij ſi ſit exceſſiua peti poteſt reformari & reduci ad conuenientem quantitatem. Qõ.xxxv.

1 *Penſio quando exceſſiua dicatur.*
2 *Penſionis reſeruatio quando poteſt peti declarari nulla.*
3 *Litere ad beneficia ſunt ipſo iure per ſurreptionem nulle.*
4 *Litere penſionis regulantur de ſtilo curie uti beneficiales.*
5 *Penſio diminutis fructibus beneficij poteſt peti reformari & reduci.*
6 *Epiſcopus quando vni eccleſie poſſit in præiudicium alterius eccleſie priuilegium concedere.*
7 *Pontifex cenſetur moueri ex ſubſiſtentia iuſte cauſe penſionẽ modificãdo*
8 *Onus beneficij diminui debet illius reditibus diminutis,& clericus ita cõpelli poteſt ad ſoluendum debitum vt tantum ei remaneat vt ſe & quos ſecum habet alere poſſit ex neceſſitate.*
9 *Solutio penſionis retardari non debet pendente indicio ſuper illius reductione vel nullitate.*

TRigeſimo quinto quęro, ſi penſio impoſita ſuper fructibus alicuius beneficii ſit exceſſiua: adeo ꝙ nimis oneret eccleſiā grauatam illius onere, an peti poſſit reformari & ad conue-
1 nientem ſummam reduci: † In iſta quęſtione ſciendum eſt ꝙ tunc penſio dicitur exceſſiua: quando illa dempta & ſoluta non tantum ſupereſt rectori eccleſię grauate vnde commode ſuſtentari valeat. vt per Abba. in c. conquęrente. col. 2. verſic. Sed oppono de cleri. non reſiden. & dixi ſupra. 4. q. Hoc pręmiſſo. Circa hanc quęſtionem conſiderandi ſunt duo caſus. Primus quando penſio tempore quo fuit reſeruata erat exceſſiua. Secundus quando ex poſt diminutis eccleſię redditibus, penſio cepit eſſe oneroſa eccleſię. Circa primum caſum diſtinguendum puto, ꝙ aut penſio fuit conſtitu-
2 ta ad preces pēſionarii cui ſoluitur. aut motu proprio Papę. † Primo caſu ſi impetrās expreſſit penſionem non excedere tertiam partem fructuum beneficii, aut dimidiam illorum: & tunc ſi penſio excedat portionem fructuum in litteris expreſſam non ſolum peti poteſt ꝙ reducatur ad ſummam expreſſam, ſed ꝙ declaretur reſeruationem nullam fuiſſe & eſſe ob non expreſſionem veri oneris: faciunt dicta ſupra. q. ix. Nam, in ſimilibus literis ſemper ſubintelligitur clauſula. ſi ita eſt. c. 2. de reſcrip. & ibi docto. maxime Felyn. Gloſ. ordinaria, & ibi etiam doct. in clemen. 1. in verbo repererint, de offic. deleg. Specul. in tit. de reſcrip. pręſen. §. Ratione quoq; de-
3 fectus verſi. † Item ꝙ non eſt ibi clauſula, quinimmo dici poteſt ꝙ eo caſu reſeruatio penſionis erit nulla ipſo iure cum litterę ad beneficia ſurreptitie ſint ipſo iure nulle. c. ad audientiam. el. 2. de reſcrip. & ibi doct. & licet penſio non ſit proprie beneficium vt dictū fuit ſupra. q. 1. q. 21. et. q. 28. & in pluribus aliis quęſtionibus.
4 † Nihilominus literę penſionis regulantur de ſtilo Curię vti literę beneficiales: aut pēſio reſeruatur alicui motu proprio Papę ſine aliqua expreſſione ad quā partem fructuum beneficii grauati aſcēdat penſio, & iſto caſu ſolum petenda eſt reductio ad conueniētem ſummā. Nam ſicuti ſubiacet reformationi contractus venditionis cū deceptio vltra dimidiam iuſti pręcii interuenit. l. 2. C. de reſcin. vendi. c. cū cauſam. de empt. & vend. Ita penſio exceſſiua reformationi ſubiacet cum excedit dimidiam iuſte penſionis, ita concludit Roma. conſil. 369. colū. 2. verſic. Cum igitur allegat tex. in l. Item ſi precio. §. fin. cum. l. ſequenti. ff. locat. iuncta dicta. l. 2. de re-
5 ſcinden. vend. † Secundo vero caſu quando poſt reſeruationē penſionis ſunt diminuti fructus beneficii: & tunc Roma. in d. ſuo con

fili.col.vi.verſic. Quo ad quintum dicit, ꝙ valet reductio penſionis quando eccleſia non valeret ſoluere pẽſionem & ſuſtentare onera ſibi incumbentia facta reddit13uum diminutione mouetur primo ex not.communiter per docto.in.c.prę terea.de iur.patro.decidentes in ſimili, ꝙ ſi cenſus a dioceſano in fauorem patroni tempore fundationis impoſitus eccleſię fundatę in tantum eccleſiam oneret, ꝙ ſi ſoluat illum non poſſit neceſſitatibus eccleſię ſeu ſuſtentationi preſbiteri ſubueniri tunc patroni cenſus diminui & moderari debet.facit tex.in.c. 1.de cẽſi.vbi eſt expreſſum tolli debere & moderari conſuetudines eccleſiis grauamen exceſſiuum imponentes. pari ratione & cenſuum impoſitionem ad idem allegant docto.in d.c. preterea.tex.in.c.ſuggeſtum.de deci.vbi eſt expreſſum ius vni eccleſię per reſcriptum apoſtolicum conceſſum in alterius eccleſię grauamen non ſolum moderari ſeu reformari debere: ſed etiam in totum tolli:poſſe quando illud incipit tendere ad maius graue eccleſię preiudicium. pari ratione dicit Romanus reformari, diminuiue poteſt penſio. Secundo dicit, ꝙ iſtam quęſtionẽ videtur terminare caſus in ſimili.in.c.quãto.de cẽſi.vbi procuratio reducitur ad menſuram moderatã iudicis officio qñ eccleſiam illam ſoluentem nimis onerat, & eſt cõmunis opinio doct.ibi, ꝙ illa moderatio procedat ex iuſtitia non ex gratia ſubdens idem Roma. ꝙ ſi ſolutio penſionis tendit ad nimium grauamen eccleſię propter redituum diminutionem officio ſuperioris iuſtitia ſuadente modi-

6 ficari poteſt. † Tertio ad idẽ adducit:quia videmus, ꝙ epiſcopus qui in partem ſolicitudinis eſt vocatus poteſt vni eccleſię priuilegium concedere in alterius eccleſię preiudicium:tribus tamen intercedentibus. Primo, ꝙ conſenſus capituli interueniat.c.paſtoralis.de dona.clemen. Si vna de reb.eccle.non alienã.ſecundo ꝙ adſit rationabilis cauſa.vt in.c.paſtoralis.& in.c.tua.de his quę fiunt a pręlat.c.ad audientiam.&.c.tua.de eccle.edifi.c. dudum.de reb. eccle.non alienan.in.vi.c. bone rei.xii.q.2. Tertio, ꝙ eccleſię cuius iura diminuit enorme preiudicium non inferat. Non debet.n. vni conſuli cum enormi alterius preiudicio.c.cum cauſam.de prę ben.c.apoſtolice.de donat.& hanc dicit eſſe concluſionem.gloſ.& doct.in.c.conſtitutus.de relig.domi. Si igitur epiſcopus hoc poteſt, quanto magis Papa iuſta cauſa ſubſiſtẽte quę prouenit ex red-

7 dituum diminutione. † Ita concludit Roma.in.d.conſi.colum. 6. et.7.dicens, ꝙ non eſt dubium preſumi debere Pontificem moueri ex ſubſiſtentia iuſte cauſę modificando penſionem adeo vt pro-

batio in contrarium non admittatur, vt eleganter decidit Cyn. in l. reſcripta. C. de pręcib. imper. offerend. & in. l. fin. C. ſi contra ius vel vtil. publi. & ſequitur Anto. de butrio in. c. que in eccleſiarum. de conſtit. & pro iſta etiam concluſione faciunt & alia motiua Romani in dicto conſilio. 369. colum. 7. verſi. quoad ſextum: vbi di
8 xit, † ꝙ diminutis redditibus mero iure onus beneficii minui debet quia prout miles ſeculi, ita miles dei: hoc eſt ſacerdos & conſequenter eccleſia hoc priuilegio gaudent, vt vltra q̄ facere poſſint non conueniantur. gloſ. eſt ordinaria. in. l. miles. ff. de re iudic. quam ſequuntur canoniſte in ca. Odoardus. & in ca. olim. de ſolut. & in. c. olim. el. 2. de reſtitu. ſpol. ad idem adducit gloſ. ordi. in. c. ſtudeat. in ver. & ſui. 50. diſtinc. dicentem, ꝙ clericus hoc gaudet priuilegio: vt ita exigitur, ꝙ tantum ei remaneat, vnde ſe & quos ſecū habet ex neceſſitate poſſit cōmode ſuſtentari ſi igitur propter eccleſiā hoc priuilegio gaudet ſacerdos a fortiori eccleſia eodē priuilegio vteť quia propter vnūquodq; tale & illud magis auct. multo magis, C. de ſacr. eccl. ad idē adducit quod habetur in. c. ſi propter ſterilitatē. cum ſimil. de locat. vbi propter diminutionem reddituū fundi locati diminui proportionabiliter debet penſio al's ſtatuta ſolui habito reſpectu ad redditus ex fundo communiter percipi cōſuetos, idem probatur per tex. in. l. forma. §. illud. ff. de cenſ. & l. 2. de allu. & paſc. vbi dicitur, ꝙ illis qui ſuum deplorant patrimonium diminutum in hoc eſt pie ſubueniendum, vt tributum ꝙ eis impoſitum eſt per reſpectum ad patrimonium per eos ſoluendum diminutionem proportionabiliter recipiat. Ad idem adducit text. in. l. cura. §. deficiētium. ff. de iur. Immu. vbi dicitur, ꝙ deficientia facultatum iuſtam cauſam diminutionis onerū inducit, & reſpondendo ad gloſ. in. l. 1. C. de iur. Emphite dicentem non minui vel tolli ſolutionem canonis pro re emphiteotica q̃uis particulare dānum in ipſa re contigerit, dicit, ꝙ illud ideo eſt quia canon ſolum ad recognitionem dominii preſtatur qui canon nunq̄ proportionatur ad quantitatem cum ſit longe minor, ſecus vbi certa quantitas ſoluitur non ad dominii recognitionem, ſed ad recompenſationem commoditatis quam quis percipit: Iſta ſunt verba Romani in dicto ſuo conſil. qui copioſe examinat hanc quęſtionem. cum quo pertranſit Caccialupus breuiter ſatis locutus in iſta. q. in tra-
9 cta. ſuo de penſio. q. vii. Ad † vnum tamē eſt aduertendum, ꝙ pendente iudicio ſuper nullitate vel reductione penſionis retardari non debet neq; poteſt illius ſolutio, & ideo curia Romana nunq̄ regu-

lariter dat comiſsionem cauſę in huiuſmodi materia niſi cum ſoli-
ta clauſula ſine retardatione ſolutionis penſionis. Adde ꝙ idem in- 1
ueni dixiſſe Staphileum olim Rotę auditorem in trac. ſuo de litte
ris iuſtitie. car. 1 5 4. verſi. Quando vero vtraq; qui reddit duas ra-
tiones: quare clauſula prędicta apponitur in cõmiſſione cauſę pdi
cte primam dicit eſſe propter fraudes & malitias recuſantiũ ſolue-
re penſiones legittime impoſitas qbus malitiis nõ eſt indulgẽdum
l. in fundo. ff. de rei vend. c. ſedes. de reſcri. ſecundam rõnem eẽ dicit
ꝑpter honorẽ Papę mandãtis ſolui pẽſiones p eum ĩpoſitas cuius
iris eſt reuerẽter parendũ donec de contrario cõſtet. c. ſi qñ de reſcri.
Dicit ẽt curiam ſeruare, ꝙ. d. clauſula nõ apponitur in cõmiſſione
iuſtitię qñ penſio fuit ab inferiore appoſita ĩtellige ſane hoc niſi iſe
rior pẽſionem ĩponeret auctoritate ſibi a Papa cõceſſa. Idẽ voluit 2
Caſſad. Rotę audi. in tit. de reſcri. deciſ. x. In qbus aũt caſibus di-
cta clauſula ſine retardatione penſionis non ponatur qñ committi-
tur cauſa in materia penſionis. vide infra. q. 8 5.

Petenti reſeruationem penſionis declarari nullam uel penſiõis reductionem an obſtet exceptio uo luntarie ſolutionis de pterito. Q. õ. xxxvi.

1 *Excommunicatio an cauſet iuſtum metum.*
2 *Excommunicatio iniuſta excuſat.*
3 *Excõicatus de familia dei tranſit in familiam diaboli.*
4 *Timor priuationis beneficii inducit iuſtum metum.*
5 *Excommunicato reſeruari non poteſt.*
6 *Excommunicatus eſt incapax priuilegiorum.*
7 *Excommunicatus non poteſt eſſe aduocatus.*
8 *Excommunicatus dicitur infamis.*
9 *Excommunicatus ſepeliri non debet in loco ſacro.*

TRigeſimoſexto quęro an petenti reſeruationẽ penſionis nul
lam declarari vel ſaltim corrigi & reformari. Obſtet exceptio
voluntarie ſolutionis facte de pręterito iuxta penſionis taxationẽ;
& illius reſeruationem. Circa quod dicendum eſt, ꝙ cum in litte-
ris reſeruationis penſionis quis aſtringatur ſub excõmunicationis
pena ad illam ſoluendã & ſucceſſiue ẽt ſub pena priuationis benefi
cii iuxta tenorẽ huiuſmodi lrarum videndũ eſt an q ſoluit poſſit ſe

excuſare ſoluiſſe metu cenſurarum,& ſic queſtio iſta videtur ab illa
1 pendere vtrum excommunicationis. † Timor iuſtum cauſet me/
tum de qua per Ioan.andr.&doc.in.c.cum dilectus quod met.cau.
& Ioan.andr.in.c.olim de reſtit.ſpol.per Archi.& alios in c.primo
de ſent.excommuni.in.vi.vbi Franchus in ſecundo not. dicens ꝙ
cum excommunicatio non ſit mortalis non infert iuſtum metum
quia tunc iuſtus dicitur metus cum eſt mortis vel cruciatus corpo
ris.l.interpoſitas.C.de tranſ.& in.c.primo quod met.cauſa ita di/
cit ibi Archi.& glo.in.d.c.cum dilectus dicit quod hoc eſt verum
quando excommunicatio eſſet iuſta quoniam imputandum eſt illi
qui ſe talem reddidit vt excommunicari poſſet argumento tex.in.l.
ſi mulier in principio.ff.quod met.cauſa vbi eſt expreſſum ꝙ non ex
2 cuſat metus cuius inferendi quis ſibi cauſa fuit. † Aut excommu/
nicatio eſt iniuſta & tunc excuſat ſecundum Ioan.andr.in.d.c.cum
dilectus eo quia excommunicatio eſt maxima pena & ea nulla ma/
ior eſt pena inferenda de iure canonico.c. corripiantur. xxiiii.q.3.
& dicit tex.in.c.nihil.xi.q.3.ꝙ nil debet ſic chriſtianus formidare
quam ſeparari a corpore Chriſti ideſt eccleſia quod facit excommu
nicatio accedat tex.in.l.hi qui ſanctam.C.de apoſtat.dicens nō mo
dicam penam eſſe inter homines eſſe & hominum conſortio carere
† Et dicit tex.in.c.audi.xi.q.3.ꝙ excommunicatus de familia dei
3 in familiam diaboli tranſit,& hinc eſt quod dicimus excommuni/
cationem ne dum corpori ſed etiam anime detrimentum afferre cū
hominem a deo ſeparet.c.certum.24.q.quarta. Nec obſtare ha/
bet ꝙ quando eſt iniuſta non liget quo ad deum quia ad hoc reſpō
det Roma.in.d.conſi.369.col.3.verſi.Nec obſtat ſi dicatur iſtam
diſtinctionem Ioan.andr.loco ſupra allegato ſequitur Franchus &
Petr.de anch.in.d.c.primo & lapp.de ſenten.excommunicatio. li/
bro.vi.& imol.& communiter doct. i.d.c.cum dilectus & Rota de
ciſ.35.in nouis incipiente ſi quis in cauſa vbi determinat ꝙ coac/
tus reſpondere libello inepto & cui alias non erat reſpondendū ſub
pena excommunicationis excuſatur quia id fecit metu cenſurarū
in caſu autem noſtro quando petitur redductio penſionis nimis
onoroſe beneficio cui eſt impoſita ſiue quando agitur ſuper nullita
te eiuſdem infertur iuſtus metus quia excommunicatio eſt iniuſta
quod ſic probat Romanus in.d.ſuo conſi.dicens ꝙ quamuis excō
municatio in caſu propoſito iuſta foret ex ordine & ex animo pro/
ferentis tamen iniuſta eſt ex cauſa non enim excommunicari debu/
iſſet is qui habet ſoluere penſionem ex eo ꝙ immoderatā penſionē
ſoluere

ſoluere contempſiſſet & eccleſie cui pręeſt valde nociuam cum ei ſit pręfectus vt meliorem non deteriorem conditionem eccleſie ſue faceret nam licet ex ordine & proferentis animo excommunicationis ſententia iuſta videatur iniuſta tamen eſſe dicetur ex cauſa vt dicit
4 tex. in. c. ſi ergo. xi. q. 3. † Pręterea quis negabit timorem priuationis beneficii inducere iuſtum metũ cum timor mutationis ſtatus vel amiſſionis honoris proprii iuſtum metum inducat. l. iſti quidff ꝙ met. cauſa: & not. gloſ. in ſupra allegato. c. cum dilectus in verbo nec metu mortis. Solutiones ergo pręterite cum appareant ex premiſſis facte iuſti metus timore ſoluenti nocere non debent. l. 2. C. quod met. cauſa. l. ſi ob turpem. ff. de cond. ob turp. cau. & ex pręmiſſis ita concludit Roma. in. d. ſuo conſi. col. 3. facit ad pręditca quia renunciatio beneficii facta ſolum metu excommunicationis retractari debet Angel. conſi. 215. incipiente tema tale eſt col. fin. Barbb. conſi. 30. incipiente bene etenim cuncta geruntur in. 3. volu. Decius conſi. 219. incipiente viſo puncto col. 2. in. 2. volum. Ex hiis ergo erit firma cõcluſio ꝙ ſolutiones pręterite facte ab eo qui agit ſuper nullitate ſiue reductione penſionis agenti non nocẽt tamq̃ facte metu cenſurarum & ſic ex iuſto timore quę concluſio cõfirmatur etiam propter multa incõmoda & damna quę excommu
5 nicato accidunt. † Nam videmus ꝙ excommunicato reſeruari nõ poteſt penſio ſuper fructibus beneficiorum de quo latę vidimus ſupra. q. xiiii. excommunicatus etiam habetur pro mortuo Innoc. in c. grauem de ſent. excõmunica. ꝙ maxime procedit. circa ſpiritualia
6 Bart. in. l. barbarius col. x. ff. de. off. pręto. † Item eſt incapax priuilegiorum Ioan. andr. in. c. non poteſt de regul. iur. in. vi. Nec elligi poteſt. c. cum inter R. de elec. c. cum dilectus circa finem de conſuetu. Nec poteſt eſſe iudex. c. ad probandum & ibi doct. de ſent. & re iudi. Nec poteſt eſſe procurator in iudicio. c. poſt ceſſionem & ibi
7 doc. de probat. † Nec poteſt eſſe aduocatus. c. decernimus de ſent. excommnnica. Nec poteſt eſſe tutor curator vel hoſpitalarius ita decidit Marianus Sozinus in. c. ſacris in. vii. principali. q. xix. arti
8 culi. q. 3. † Item excõmunicatus dicitur infamis Bal. in. c. 1. quo tempor. mil. in vſib. feud. glo. inſt. de capit. dimi. in. §. minor quę equiperat excommunicatum deportato ſeu damnato in metallum Item excommunicatus ordinari non poteſt. c. cum illorum de ſeñ. excommunicatio. ſi tamen ordinatur carracterem recipit vt not.
9 in. c. fi. de eo. qui furt. ord. recep. † Item excommunicatus non debet ſepeliri in loco ſacro. c. ſacris de ſepult. c. ad hec de priuil. c. epi

ſcoporum.de priuil.in.vi.Poſſent plura alia adduci ſed vt breuitati ſtudeam ea omitto videre poteris latiſſime per Marianum Sozinum antiquiorem in ſupra allegato.c.ſacris.de ſentē.excommuni. vbi latiſſime examinat que ſint excõmunicato interdicta & vetita quorum aliqua poſui ſupra.q.xiiii.

Citatio partis an ſit neceſſaria quando rector beneficij petit penſionem corrigi moderari uel declarari nullam. Queſtio,xxxvij.

1 *Modificatio Penſionis facta per papam per viã gratie partis citationē non requirit.*
2 *Citatio partis non eſt neceſſaria quando princeps ex certa ſcientia & poteſtatis plenitudine gratiam facit.*
3 *Papa in beneficialibus contra non citatum procedere poteſt.*
4 *Beneficia ſunt ordinata & inſtituta de iure poſitiuo.*
5 *Auctoritas Pape eſt maior auctoritate ſanctorum.*
Contra gratiam de plenitudine poteſtatis nil poteſt opponi.
6 *Papa procedens vti ordinarius partis citationem requirit.*
7 *Citatio eſt de iure diuino.*
8 *Non preſumitur pro ſententia principis lata ſinē citatione partis.*
9 *Proceſſus Papæ factus etiam contra ſubditum de plenitudine poteſtatis non valet.*
10 *Pars citanda eſt in modificatione priuilegii.*
11 *Citatio partis etiam neceſſaria eſt quando Papa procedit contra laicum ſibi non ſubditum cui ius eſt queſitum etiã de plenitudine poteſtatis.*
12 *Papa poteſt laico non ſubdito preiudicare in iure preſentandi.*
13 *Papa non cenſetur vti velle poteſtate abſoluta niſi expreſſe appareat.*
14 *Papa gratiam faciens motu proprio cenſetur velle vti poteſtate abſoluta.*

TRigeſimoſeptimo quęro, an partis citatio neceſſaria ſit in reſeruatione penſionis annullanda ſeu nulla declaranda ſiue in penſione exceſſiua reducēda. Iſtam quęſtionem tangit Roma.in ſuo conſil. 369.colũ.vii.in verſic.Nec quidem vbi conſuluit in contingentia facti, † ꝙ in modificatione penſionis facta per Papam per viam gratię non ſit neceſſaria partis citatio,& mouetur duplici ratione. Prima quia cum Princeps iuſta ex cauſa ius alterius nedum minuit: ſed aufert per viam extraiudicialem illius nõ

eſt neceſſaria citatio. allegat tex. in. l. Lucius. ff. de rei vendi. & in. l. item ſi verberatum. verſic. preterea ſi forte. & in. c. ex multiplici. de decim. & clemen. dudum. §. nos autem. de ſepult. & rationem dicit eſſe: quia tunc Papa poſſet illo inuito hoc facere pariter id poteſt eo inſcio & abſente. vt in regula qui poteſt. inuitus. ff. de regul. iur.
2 †Secundo adducit notabilem doctrinam Innoc. in. c. niſi. cum pridem, circa finem. in gloſ. in verbo indulgeri de renun. vbi Innocẽ. dicit q cum princeps ex plenitudine poteſtatis, ſeu ex certa ſcientia alteri facit gratiam ad illius validitatem non eſt neceſſaria citatio illorum quibus ex illa preiudicium inferri poteſt. Tertio & vltimo adducit caſum valde notabilem ſm vnam lecturam. gloſ. in. c. cum olim. de re iudic. vbi dicit non eſſe neceſſe ad validitatem ordinationis principis perſonam citari in preiudicium cuius fit illa ordinatio, cum certum eſt illi perſone contra dictam ordinationem nullam competere defenſionem poſſe: vt etiam ipſe Romanus tenet in caſu reductionis penſionis facte ob reddituum diminutionem. Ita reſidet Romanus in dicto ſuo conſil. quem nimis ore lato locutum fuiſſe dicit Caccialupus in dicto trac. ſuo de penſio. q. vii. In iſta materia diſtingue, q aut loquimur in Papa reducente penſionem ad minorẽ ſummam per viam gratie & ex certa ſcientia, & poteſtatis plenitudine: & tunc procedant dicta p Romanum in. d. ſuo conſi. loco ſupra allegato. † Ad quod facit quia
3 licet Papa regulariter non poſſit procedere & ſententiare contra nõ citatum. ſecus tamen eſt in beneficialibus in quibus habet plenariam poteſtatem vt dixit Abb. in. c. Inter quatuor. de maior. & obedi. & in. c. cum olim. de re iudi. Papa enim pro libito voluntatis inſtituit & ordinat dignitates & beneficia. c. cum acceſſiſſent, & ibi gloſ. & docto de conſti. Immo Papa diſponit & ordinat contra inſtitutiones & ordinationes & fundationes beneficiorum & hoſpitalium. clem. quia contingit iuncta gloſ. in verbo apoſtolice. de re
4 lig. domi. c. ſignificatum. de preben. † Cum enim beneficia ſint ordinata & inſtituta de iure poſitiuo non a iure diuino, vt dictum fuit ſupra q. 2. & voluit Abbas in. c. extirpande. §. quia vero. colum. 2. in repetitio. de prebend. & digni. & in. c. cum olim. de conſue. Papa in illis habet plenariam poteſtatem. c. 2. de prebend. in vi. & clemen. 1. vt lit. penden. cum ſimilibus. Solus enim Papa beneficia ad nutum ad tempus, & ſub conditione concedit. c. ſi gratioſe. de reſcrip. in. vi. c. veniens. de fili. preſbyte. c. quamuis tri
5 ſte. &. c. petiſti. vii. q. 1. †Facit quia auctoritas Pape eſt maior

auctoritate ſanctorum.c.de libellis.xx.diſtinct. Accedat ſingulare dictum Hoſtien.in.c.quanto.de tranſla.prælat.vbi dixit, ꝙ Chriſti & Papæ idem eſt Tribunal, & idem Hoſtiē.in.c.nonit.de Iudi. dixit,ꝙ Papa adequare poteſt quadrata rotundis,ad idem facit: quia quando Papa reſcribit de plenitudine poteſtatis, nil opponi poteſt ꝙ gratiam annullet.vt dixit Bald.in prohemio decretaliū. col.4.ad quod allegat Collet.& Principi dici non poteſt? cur ita facis,vt dixit idem Bal.in p̄iud.feud.colum.ix.verſi.Sed pauca.& iſtam concluſionem,ꝙ quando Papa facit gratiam de plenitudine poteſtatis vel ex certa ſcientia non requiratur citatio partis,tenuit etiam Decius in conſil.ſuo.390.incipiente,quoniam ex facto in fin.col.in fine,ubi allegat Romanum in præallegato conſil.369. & Alexan.in conſil.2.incipiente.viſis codicillis.lib.1.col.vi.verſ.
6 Et dicit Paul.† Aut Papa procedit ad dictam reductionem tanq̄ uniuerſalis ordinarius,& tunc dicas ex mente eiuſdem Romani in dicto conſil.col.2.uerſic.ſecondo,quidem,ꝙ eo caſu Papa aſtringitur ad iuris poſitiui obſeruationem:ideo non eſt dubium quin in prolatione ſententiæ per eum ferende tanq̄ ordinarium ſit neceſſaria citatio partis cum ita reſultet nullitas ſententiæ principis ex defectu citationis ſicuti inferioris allegat tex.in.l.fi.C.de legi.cle/
7 men.paſtoralis.de re iudi.c.1.de cauſ.poſſ.& propriet.†facit quia citatio eſt de iure diuino.Deus enim citauit Adam, dicendo Adā ubi es?antequam ipſum damnaret Bart.in extrauaganti ad reprimendum in uerbo ſine figura,& Imol.in clemen.ſæpe.colū.xlii.in uerſi.habetis expeditas de uerb.ſignifi.c.Dominus.2.q.1.Ideo dicit Bald.in.l.1.in.2.col.uerſic.Sed hic quæritur.C.quomodo & quando iud.ꝙ non ualet ſtatutum,ꝙ ſententia poſſit fieri parte nō citata per.d.clemen.paſtoralis.idem tenet Sozinus in conſi.164. incipiente.uiſa bulla bonifacii.col.antepenul.in uerſi. contrariam tamē opinionem in.2.uolu.ubi pulchre loquitur ad materiam dicens ꝙ ſicuti in criminalibus,princeps non poteſt etiam de plenitudine poteſtatis procedere parte non citata.d.clement.paſtoralis. idem erit dicēdum in cauſis ciuilibus grauibus quæ criminalibus equiparantur.§.propter lites.inſti.de excuſ.tuto & per Bar.& docto.in.l.admonendi.ff.de iure iuran.& in.l.parentes.C.de teſti.ſequitur Angel.in.l.princeps.ff.de legi.per tex.in.d.l.fin. C.de legi. & in.d.clemen.dicens ibi eſſe caſum,idem noluit Paul.de caſt.qui loquitur in ſententia Papæ in.d.l.fin.& Imol.in.d.clemē.1.vt lite
8 pend.& in clemen.1.de iur.iuran.† Iſta tamen concluſio non procedit

cedit in illis caſibus in quibus princeps inuito poteſt præiudicare ſi
cuti dixi ſupra de Papa in cauſis beneficialibus. Et dixit Abb. in. c.
1. col. 1. de cauſ. poſ. & propriet. & in. c. cum olim col. vi. de re iudi.
per tex. in. d. clem. paſtoralis de re iudi. ꝙ non prçſumitur pro ſentē
tia principis ꝙ ſit iuſta quando lata eſt parte non citata. Nec con-
tra ſubditum poteſt princeps ſupplere citationis defectum vel de-
fenſionis per tex. iuncta glo. in. d. l. final. C. de legi. ibi enim non va
let ſententia principis ſine citatione. Facit ad prçdicta quod not.
Bal. in. d. l. fin. dicens ꝙ etiam coram principe cauſe cognitio non
eſt ommittenda per examinationem & ventilationem quia eſt de
iure gentium. Inferens ꝙ parte non citata princeps non poteſt ferre
ſententiam plura circa hoc adducit Felyn. in. c. quç in eccleſiarum
col. xxii. verſi. limita ſexto de caſtit. & idem Fely. late in. c. cum olim
9 col. ix. verſi. proceſſus Pape de ſent. & re iudic. † Vbi poſt Abb. ibi
dixit ꝙ proceſſus papę factus etiam de plenitudine poteſtatis con-
tra ſubditum non valet quem videre poteris quia multa pulchra
adducit circa huiuſmodi articulum: redeundo igitur vnde digreſſi
ſumus ſtat concluſio ꝙ Papa de plenitudine poteſtatis poſſit par-
te non citata penſionem modificare & in totum tollere de poteſta-
te autem ordinaria ſecus hanc concluſionem firmat etiam Caccia-
lupus in ſuo tract. penſ. q. vii. & latius. q. 24. cum declaratione ta-
men infra dicenda pro qua faciunt ea quç egregie ponit Paul. de
caſt. in conſi. ſuo. 338. incipiente quia exceptiones in primo volu
mine vbi conſuluit ꝙ modificatio penſionis facta per Papam per
quam penſionem prius ſolui decretam ſuper fructibus cuiuſdam
prioratus & epiſcopalis menſe mandauit ſolui ſolum ſuper fructi-
bus prioratus & vlterius epiſcopum non eſſe obligatum declara-
uit cum ad illam Cardinalis cui dicta penſio aſſignata fuerat non
fuit citatus eſſet nulla, moueтur quia ſemper in actu prçiudiciali
pars de cuius prçiudicio tractatur eſt vocanda. l. de vno quoq;. ff.
de re iudi. l. in diem. ff. de aqua plu. arcen. & l. in concedendo eo. tit.
10 † Secundo adducit ꝙ quando conceſſio ſeu priuilegium modifi-
catur vel corrigitur pars eſt vocanda alias non tenet quod agitur
vt not. Innoc. in. c. olim de verb. ſigni. dicit tamen, ꝙ vbi dubietas
tantum declaratur non eſt opus prçſentia partis cum tunc nil de no
uo dat ſed iam datum ſignificat. l. heredes. Palam. §. ſi quis poſt &
§. ſed ſi notam. ff. de teſtam. adducit Paul. doctrinā *Specu.* in titulo
de reſcri. prçſent. §. ix. verſi. Item ꝙ ad reſcript. dicentis ꝙ in inter-
pretatione priuilegii vel reſcripti pars eſt vocanda. Hoc dictū ſpe-

culi intelligit Paul.de caſt.in interpretatione modificatiua vel cor/
rectiua non de propria quę eſt verbi dubii declaratio & maxime di
cit partem eſſe citandam quando eſt pręſens in curia adducit nota/
ta in.c.cum olim de re iudic.& gloſ.in.l.obſeruandum in verbo ini
qui in fine.ff.de iudi.vbi gloſ.dicit ꝙ ita curia Romana obſeruat,
& ad nõ nulla quę in contrariũ facere videntur reſpondet ibi Paul.
Opinionem Romani & Pauli ſequitur Caccialupus in.d. trac. de
11 penſ.q.24.† Limita tamen prędictam concluſionem ſupra firma/
tam ꝙ partis citatio nõ fit neceſſaria quando Papa procedit ex cer/
ta ſcientia & de plenitudine poteſtatis non procedere quando is de
cuius prędiudicio tractatur eſſet laicus & non eſſet ſubditus Papę
cui iam ius eſſet quęſitum nam tunc tale ius quęſitum tolli non
poſſet per papam etiam ex certa ſcientia & de poteſtatis plenitudi/
ne ſine cauſa iuſta & tali caſu eſſet neceſſaria citatio licet citãdo fa
cto papę eſſet ius quęſitum ita limitat Caccialu.loco prędallegato
allegat Paulum de caſtro in conſi.317.incipiente viſo & examina
to puncto col.iii.verſi.ſed illa vbi Paul.videtur concludere ꝙ prin/
ceps non poſſit reuocare priuilegium conceſſum per ſe non ſubdi/
12 to quando illi cui conceſſum fuit eſſet ex eo ius quęſitum.† Iſtam
tamen limitationẽ intellige non procedere quãdo eſſet laico per pa
pam aſsignata pẽſio ſuper fructibus beneficii facit ad hoc quia pa/
pa poteſt laico ſibi alias non ſubdito prędiudicare in iure pręſentan
di ſibi competenti occaſione iuris patronatus ſibi a ſede apoſtolica
conceſsi etiam ſi eſſet ex dotatione & fundatione conferendo tale
beneficiũ ſine patroni interuentu: & citatio Archi.in.c.pię mentis
in fine.xvi.q.2.& in.c.hortamur in principio.lxxi.diſtinc.& per do
cto.in.c.2.de pręben.in.vi.& per Felinum in trac.ſuo. quando lit.
apoſto.pręiud.patro.eccle. Secundo facit quia videmus ꝙ ſicuti
Papa non poteſt laico ſibi nõ ſubiecto etiam cum cauſa dominiũ
rei ſuę auferre:ita non poſſet clerico ſibi aliis non ſubiecto, vtputa:
quia non eſſet de loco ſuppoſito temporali iuriſditioni Papę bona
ſua auferre loquendo de bonis clerico aliũde obuentis q̃ ex benefi/
ciis & clericatu,& ſic parificantur tali caſu clericus & laicus vt tra/
dit Fely.in.c.quę in eccleſiarum.col.xi.verſic.Tertia declaratio de
conſti.vbi dicit,ꝙ eo.caſu clericus dominiũ rei non haberet vt cle/
ricus ſed vt laicus vtputa quando clericus ex ſucceſſione vel ex cõ/
tractu & ſic aliunde q̃ ex bonis eccleſię haberet bona & tamen ab/
ſurdum nimis eſſet dicere ꝙ Papa non poſſet ex certa ſcientia modi
ficare penſionem aſsignatam clerico ſibi alias non ſubiecto per ſu/

pra dicta ergo idem erit in laico qui eſt ſaltim papę ſubiectus in pē ſione quę ab eo proceſsit ſecus autem eſſet quando laicus haberet aliqua bona ex contractu habito cum Papa vel aliis perſonis eccleſiaſticis quo caſu procedunt.d.per Paulum de caſtro in conſi. ſuo. 287.incipiente primum dubium col. 1.verſi.pręterea in. 1.volu. quem ſequitur Felyn.loco pręallegato & prędicta vt dixi procedāt quando Papa vult vti plenitudine poteſtatis & id apparet tunc eni poſſet laico nō citato & alias ſibi non ſubiecto moderare penſionē illi aſsignatam ſuper fructibus beneficii ex gratia apoſtolicę ſedis.

13 † Dicas tamen ꝙ licet Papa vti poſsit cum vult ſuprema poteſtate.c.propoſuit de conceſ.pręben.ſi tamen eius verba intelligi poſſunt ſecundum ordinatam poteſtatem nunꝗ cenſetur vti velle poteſtate ſuprema niſi hoc expreſſe appareat ita concludit Paul.de caſt. in.d.conſi. 317.col. 1.in fine verſi.patet etiam allegat.Bal.in.l.bonorum in prin.C.qui admit.ad Bon.poſſ.poſſunt poſt prin. & Io. andr.in.c.dudū de decim.in nouel.dicas ꝙ idē voluit Inno.in.c.innotuit ad finē de elect.quē ſequit̃ Angel.in.l. Bene a zenone in. 1. col.C.de quadr.pręſcri.& Bal.in.l.teſtamentū.C.de teſtam.Abb. in.c.ad hęc de reſcri.Fely.alios adducēs in.c.cauſam quę el.2.col. 3.verſi.tertio nota de teſti.Iaſon in conſi. 1.col.penul.circa finē in

14 1.volu. † Quibus autem caſibꝰ Papa gratiā faciēs motu proprio vtitur,tunc bene in dubio cenſetur vti velle poteſtate abſoluta ita dixit Butrius in.c.conſtitutus col. 3.de reſcri.quando autem Papa dicatur vti velle iure communi vide per Calder.in conſiglio.xv.in titulo de reſcrip.

Penſionarius an teneatur pro rata penſionis ſoluere charitatiuum ſubſidium. Q. ō. xxxviii.

1 *Vſufructuarius tenetur ad onera quę ratione fructuum imponuntur.*
2 *Penſionarius vſufructuario comparari videtur.*
3 *Penſionarius non tenetur ad ſubſidium caritatiuum quando penſio eſt cōſtituta libera ab omni & quocunꝗ onere.*
4 *Penſionarius non tenetur ad ſolutionem procurationis.*

TRigeſimo octauo quęro epiſcopus impoſuit caritatiuū ſubſidium iuxta terminos.c.cōquerēte in fine de off.ordi.& in.c. cum apoſtolus.§.prohibemus de cenſi.An rector beneficii qui ex illius fructibꝰ eſt obligatus ſoluere annuā penſionē titio ap̄lica au

ctoritate reſeruatam teneatur integraliter ad ſoluēdum ſubſidium
epiſcopo vel pēſionarius teneatur illud ſoluere ꝑ rata pēſionis quā
percipit:in hac queſtione dicendum eſt,ꝙ cum caritatiuum ſubſi/
dium ſoluatur de fructibus,& redditibus eccleſię: vt colligitur in
d.c.conquerente.&.d.c.cum apoſtolus.§.fin.& annua penſio ſimi/
liter apponatur ſuper fructibus & prouentibus beneficii,ęquitati,
& iuri:conuenit ꝙ penſionarius teneatur pro rata penſionis ad ſo/
lutionē caritatiui ſubſidii.facit tex.in.c.tua nobis.circa finem.de
deci.vbi tex.dicit,ꝙ ſicut dominus fundi ad decimam tenetur: ita
colonus qui partē fructuum percipit. Ad idem facit quod voluit
Innoc.in.c.cum non ſit.circa fi.de deci.vbi dixit,ꝙ quando penſio
eſt aſſignata ſuper fructibus alicuius fundi,tunc penſio trāſit cum
ſuo onere.ita ex p̄dictis concludit Bellencinus in trac.ſuo de carit.
ſubſi.q.37.vbi dixit,ꝙ huic concluſioni fauet equitas,quę mul/
tum eſt ſeruāda in materia eccleſiaſtica.c.dilecti.de iudi.c.1.de do
lo & contu.& hanc opinionem amplectitur curia Romana,cuius
ſtilus habet,ꝙ quando Papa non vult penſionarium teneri ad cari/
1 tatiuum ſubſidium id exprimit in litteris penſionis.† Comprobat
prędicta cōcluſio,quia vſufructuarius tenetur ad collectas & one
ra quę ratione fructuum imponūtur.l.hactenus.l.arbores in fine
iuncta glo.in verbo ceſe arūdinis.l.ſi pendentes.§.ſi quid cloacarii
in verſi.& ſolēt fiſco.ff.de vſufruc.Ad idem tex.in.l.quęro.ff.de vſu
fruc.legat.vbi Bart.dixit notanter,ꝙ ad onera quę imponūtur ſu/
per fructibus vel predio vel perſone pro predio tenetur vſufructua/
rius.idem voluit idem Barto.in.l.his verbis.§.idem teſtator.ff.de
2 legat.3.facit tex.in.l.1.de anno.& tribut.lib.x.C.†pēſionarius au
tem & vſufructuarius videntur equiperari:vt per doct.in clemen.
.1.§.eadem.de ſuppl.negli.prędat.faciunt dicta ſupra.q.1.hāc con
3 cluſionem tenuit etiam Decius cōſil.156.in.1.volu.†Quam in/
tellige non procedere qn̄ penſio eſſet aſsignata libera & exempta ab
omni onere ſubſidii charitatiui,vt conſueuit fieri:qa tunc onus ſol
uendi charitatiuū ſubſidium in totum ꝑtineret ad rectorem benefi
cii.Nec in eius ſolutione cōtribuere teneretur pēſionarius argum.
text.in.c.cum inſtantia.de cenſi.ibi.niſi forte.Ad idem facit tex.in
4 c.accedente in verſi.Niſi per ſpeciale priuilegiū.de pręſcri.†ad idē
tex.in clemen.1.de cenſi.Prędictis adde,ꝙ licet pēſionarius tenea/
tur ad ſolutionē charitatiui ſubſidii,vt ſupra cōcluſum fuit.non tñ
tenebit ad ſolutionē procurationis rōne viſitationis faciendā.quia
illa debet integre ſolui ꝑ rectorē bñficii,ita decidit Bellē.in.d.q.37.

Penſio

Penſio non ſoluta per p̄ceſſorem an exigi poſſit a ſucceſſore uel ab heredibus p̄deceſſoris.Q.xxxix.

1 *Penſio eſt onus reale.*
2 *Clericus voluptuoſe cõſumẽs fructus bñficii ad illorũ reſtitutionẽ tenet*
lorato ad effectum obtinendę reſtitutionis.c.patet. 3.q.1.& tenet Specul.in titulo de reſti.§.nunc videndum a nobis,in verſic. Sed pone ago contra te.Oldra.conſi.1.Belleme.deciſ.49. Imol.in.c. in literis,in verſi.alii dixerunt:& ibi doct.de reſti. ſpol.& habetur per doc.in.c.reintegranda. 3.q.1.& per doct.in.l.naturaliter.§.Nihil cõmune.ff.de acquiren.poſſ.Rot.deciſ.257.in nouis,& deciſ. 279.in antiquis:& Belleme.deciſ.17.Aut ſumus in penſione,vt penſio eſt quid mere tẽporale nil ſpiritualitatis habens,prout ſunt hodie penſiones:& iſto caſu Rota deciſ.xi.in antiquis,incipiente, Nota ꝙ ſicut in ſpoliatione in rubrica de reſti.ſpol.dicit,ꝙ is qui aſſerit ſe ſpoliatum poſſeſsione vel quaſi percipiendi & exigendi pẽſionem anteꝗ̃ reſtituatur docere debet de iure ſuo,quia iſto caſu tale poſſeſſorium a petitorio ſeparari non poteſt:quia non reſtituitur poſſeſſorium quin reſtituatur petitorium.cum poſſeſsio in talibus incorporalibus haberi non poſsit ſine iure.l.iii.§.hoc autem.ff.de itin.act.que priuat.c.ex tranſmiſſa de reſtit.ſpoliat.& cum iſta ſint coniuncta cognoſcendo de vno neceſſe eſt,ꝙ de alio cognoſcatur. allegat ꝙ in ſimili dicitur de dona.inter vir.& vxo.c.ad prudẽtiam cum ibi not.per Innoc.iuncta.l.quoties.ff.de iudi.ita firmat Rota deciſ prędicta cuius opinionem improbat Decius in pręallegato conſil.136.col.1.verſic.Nec obſtat ꝙ poſſeſſorium:vbi reſpõdendo ad fundamentum pręallegatę deciſ.dicẽtis,ꝙ poſſeſſorium in iuribus incorporalibus haberi non poſſit ſine iure proprietatis, dicit Decius aſſumptum non eſſe verum:& in contrarium adducit illud quod voluit Abb.in.d.c.quęrelam per illum tex.vbi in.3.nota.dicit.Nota & tenementi iſtum tex.ꝙ pro penſione nouiter ſubtracta annuatim ſolita pręſtari agi poteſt iudicio poſſeſſorio ad ipſius reſtitutionem:& probata pręſtatione ſolita debet actor reduci in eum ſtatum in quo prius erat,licet nil doceat de proprietate iuris illam percipiendi,ſubdens ꝙ ille text.ſolet ad hoc multum allegari.Ad alia fundamenta dictę deciſio. Reſpondet etiam Decius in pręallegato ſuo conſilio eius dicta breuitati ſtudendo non referam illa videre poteris.Sed dubium facit in iſta materia alia deciſio dominorum de Rot.numero.iiii.in nouis quę incipir. Poſſeſſor beneficii.In qua queritur vtrum agens poſſeſſorio recuperandę extra caſum.d.c.querelam teneatur plene vel ſemiplene docere de titulo ad reſtitutionẽ penſionis ſubtractę obtinendam: de quo dicit fuiſſe dubitatum inter dominos qui diſtinxerunt. Quod aut agens poſſeſſorio poſſedit,aut non.ſi non poſſedit,tunc opor-

tet ꝙ titulum probet. allegant not. per Innoc. in. c. tranſmiſſam.
de elect. & dicit Rota. ꝙ tali caſu plene debet probare actor: quia
iuris preſumptionem non habet pro ſe quę ipſum releuet ab one-
re probandi. l. actor. C. de probat. l. qui accuſare. C. de eden. c. vt no
ſtrum vt eccle. bene. c. fin. de iure iuran. Si autem poſſedit: & tunc
adhuc Rot. diſtinguit, ꝙ aut eſt recens poſſeſsio actoris, & eo ca-
ſu idem ſit, ꝙ teneatur probare de iure ſuo. allegat not. per Inno-
cen. in. c. quia in cunctis, in verbo cum plures per gloſ. in verbo nec
obſtat. de prębend. & rationem dicit eſſe, quia ex tali recenti poſ-
ſeſsione non pręſumitur bona fides, nec iuſtus titulus: vt not. In-
nocen. in. c. 2. in gloſ. in verbo per monachos ad finem de in integ.
reſtit. Et idem dicunt domini de Rota eſſe quando quis longo tē-
pore poſſediſſet: & tamen contra eum eſſet aliqua pręſumptio.
Exemplificat quando petitor habet aliquem competitorem vel li
tem ſuper beneficio patitur. allegant not. per Innocen. in. d. c. quia
in cunctis. Quando autem quis poſſediſſet longo tempore, nec
haberet contra ſe preſumptionem iuris, dicunt pręfati domini de
Rota in dicta deciſ. ꝙ tunc ſufficit probare poſſeſsionem, & com-
munem reputationem ſm Innocen. in. d. c. tranſmiſſam. & in di-
cto. c. quia in cunctis, & allegant not. per eundem Innocen. in. c.
innotuit. de eo qui furt. ordi. recep. & iſto caſu concludunt, ꝙ non
ſit opus probare titulum per text. in. l. cogi. C. de peten. hęredi. &
l. fin. §. penult. eodem titulo ſubdentes, ꝙ eo caſu quo opus eſt de
titulo docere non requiritur exacta probatio, ſicuti ſi id princi-
paliter ageretur iuxta ea quę de notorio notat Innocen. in. c. ve-
niens. de verb. ſignifi. & in. c. illud de pręſumpt. Quid dicendum
ſtantibus dictis opinionibus contrariis? Putarem deciſionem pręe-
dictam Rot. numero. 4. in nouis proxime relatam procedere tum
propter auctoritatem dictorum patrum quę magna eſt, tum quia
4 ratione fundatur. † Et concordando dictas opiniones diſtingue-
rem ꝙ aut ſpoliatus perceptione penſionis fuit longo tempore in
poſſeſsione exigendi dictam penſionem & eo caſu procedat opi-
nio Abb. in. d. c. quęrelam ſe fundantis in verbis illius tex. in verſi.
quia vero ibi per multa tempora perſoluta de electio. & hoc caſu
procedit etiam deciſ. Rot. proxime adducta in vltimo membro ſuę
diſtinctionis, & etiam opinio Decii in dicto ſuo conſil. 136. & ra-
tio iſtius concluſionis eſt, quia quando quis poſſedit longo tem-
pore ex curſu temporis titulus pręſumitur vt per doct. in. l. ſi certis
5 annis. C. de pact. & in. d. c. querelam. † Aut quis poſſedit paruo tē-

pore & eo caſu,quia tunc non inſurgit preſumptio tituli,procedat
opinio Rotę in.2.membro ſuę diſtinctionis ſupra relata in.d.de/
ciſ.4.in nouis,vbi requiritur ꝙ tali caſu probetur titulus:& iſto ca
ſu procedat quod voluit Rota in antiquis deciſ.xi.ſupra allegata:
contra quam tenuit Decius in pręallegato ſuo conſi.& iſto modo
concordari pñt opiniones doctorum ſupra relatę:& ſic nulla erit
6 inter eos diſcrepantia. † Sciendum tamē eſt,ꝙ ſi eo caſu quo agēs
poſſeſſorio recuperandę non tenetur docere de cauſa ſuę poſſeſſio/
nis,alleget cauſam quę non probetur:hoc tamen nō ei nocebit.vt
voluit Inno.in.d.c.quęrelam in fine,quem refert,& ſequitur An/
gel.in.d.l. 1. in principio.colū.2.ff. de eden. vbi dixit,ꝙ ſi dico ꝙ
me ſpoliaſti poſſeſsione annui cenſus mihi debiti ex certa cauſa,li
cet cauſa illa non probetur:tamen ſufficit ad victoriam,ꝙ ego p/
bem ſpoliationem dicens ſe illo anno ita in facto conſuluiſſe & ob/
tinuiſſe.Idem voluit idem Angel.in.l.fin.C.de ann.except. col. 1.
verſi.Et pręmitte:quem refert & ſequitur Decius in.d.conſi. 136.
7 col. 1.circa finem. † Secundo ſciendum eſt,quod eo caſu quo pe/
tens ſe reſtitui ad perceptionem annuę penſionis tenetur docere de
ſuo tit.ſi alleget titulum infectum,tunc non eſt reſtituendus: im/
mo ſi tali caſu habuiſſet ſententiam contra in poſſeſſorio,& ab ea
non appellauit iuſto impedimento detentus, non tamen ad appel/
landum reſtituetur: quia de non iure & non intereſſe ſuo clare con/
ſtat per allegationem tituli infecti.Ita eleganter determinat Bel/
leme.deciſ. 639.incipiente,allegans titulum penſionis. ad idem
facit quod voluit Oldra.in conſil.225.in fine vbi conſuluit non
eſſe reſtituendum ad perceptionem penſionis illum de cuius inua/
liditate tituli clare conſtat.facit:quia etiam ſi quis agat ſuper ſpo/
lio in cauſa beneficiali,ſemper agenti: obſtat notorius defectus ti/
tuli vt not.Butr.in.c.in literis.colū.x.de reſtitu.ſpoliat. Innocen.
in.c.conſtitutus. de fil.presbyter. Alexand. in.l. naturaliter. §. ni/
hil commune. in.xvi. colum.verſic. Decimo fallit. ff. de acquiren.
poſſeſ.& idem in conſilio.77.incipiente. In cauſa & lite colum.
penulti. in.2. volumine. Oldradus conſilio. 1.& Rota deciſio.
8 7.in antiquis.& deciſio.16.in nouis. † Tertio ſciendum eſt,
circa pręmiſſas concluſiones, ꝙ ſi quis ſpoliatus fuit perce/
ptione penſionis vnius anni tantum.In ſequenti vero anno fue/
rit admiſſus ad illius exactionem & perceptionem. poterit pro
illa perceptione vnius anni qua fuit ſpoliatus agere poſſeſſorio
recuperandę, vt volunt domini de Rot, in recollec. Biſgnetti.

numero.xiii. quę incipit pręcentor in rubrica de reſtitu. ſpoliat.
9 † Quarto ſciendum eſt ꝙ ſi rector vnius eccleſię longo tẽpore exe/ git penſionem eccleſię ſuę debitã ab altera eccleſia & demum mo/ riatur & alius ſuccedat in.d.beneficio tunc ſucceſſor agere poterit ſuper ſpolio contra Rectorem eccleſię grauatę onere penſionis ſol/ uendę eccleſię ſuę qui illam ſibi ſoluere recuſauit, licet ipſe nunq̃ fuerit in poſſeſſione illam exigendi. ita tenent Domini de rota de/ ciſ.iiii.in nouis, in princ.ſupra allegata:& rationem adducunt, qa non ipſe Rector, ſed eccleſia ipſa quę eſt in poſſeſsione vel quaſi exi gendi, agere videtur: allegant notata per Innoc.in.c.in literis de re/ ſtit.ſpoliat. In fine in gloſ.penultima & in.c.cum ſuper de cauſ.poſ.
10 & propriet. † Quinto ſciendum eſt, ꝙ ſi prȩlatus vel obtinens ali/ quod beneficium fuit in poſſeſsione vel quaſi exigendi a tertio ſup ſuo beneficio vel a laico ſuper aliqua poſſeſsione certam annuam penſionem & moriat̃ is qui illam ſoluebat & illius ſucceſſor in be/ neficio vel poſſeſſione deneget illam ſoluere an agi poterit contra eum interdicto recuperandę ex quo ipſe numq̃ ſoluit in iſto articu/ lo Dominus Guido papę dicit in ſua deciſione.529.incipiente ſu pra dicit Dominũ Petrũ papę eius patruũ conſuluiſſe, ꝙ ſic: & ra/ tionem dicit eſſe, quia ex variatione perſonarũ non mutat̃ ius acto ris quin remaneat ſemper idem.l.2.§.ex his.ff.de verb.oblig. facit clem.fin.de iure patro.& rationẽ adducit: quia pręd eceſſor & ſuc/ ceſſor etiam in officiis & dignitatibus vna perſona reputantur cũ dignitas & off.nunq̃ moriantur not.de off.delega.in.c.quoniã Ab/ bas in glo.ſuper verbo ſubſtitutis & in.c.ſi gratioſe de reſcr.in.vi.& plura alia adducit.D.Guido papę pro iſta opinione in.d.ſua deciſ. quẽ videre poteris. † Concluſionẽ ſupra firmatã, ꝙ ſpoliatus perce
11 ptione penſionis, poſsit agere de ſpolio limita non procedere quan do quis eſſet ſpoliatus auctoritate iudicis, quia tunc non reſtitue/ retur, vt not.Innoc.in.c.ſuper hoc de renun. quem refert & ſequi/ tur Angel.in.l.ſi quis a ſe fundum.C.vnd.vi.col.penul.verſi.item fallit Decius in conſi.125.in ſecunda col.verſi. Sed prędictis non obſtantibus, ad idem eſt gloſ.fin.vii.q. prima in.c. pręſentium, & ibi Archi.& not.Abb.in.c.dilectus el.1.de reſcript.& in.c.ſi con/ ſtiterit de accuſ.Decius conſi.191.col.penul.& Felyn.in.c. cum cauſam in principio.ff.de off.de legat.& in.c.dilectus el. primo in principio de reſcrip. ſupra allegato. † Iſtam tamen fallentiam
21 intellige non procedere quando iudex extraiudicialiter procedit non vt iudex per tex.in.c.conquęrente de reſti.ſpoliat, vbi Butri.&
Abb.

Abb.& ideo dixit Hoſtieñ.in tit.de reſti.ſpol.in.§.quando facien/da in princ.ꝙ ſi apparet quem a iudice ſpoliatum ordine iuris non
13 ſeruato in continenti eſt reſtituendus. †Secundo intellige dictam fallentiam non procedere, vbi iudex iudicialiter proceſſit,& noto/rie conſtat de nullitate vel iniuſtitia ſententię qua poſſeſſorem ſpo liauit.tex.eſt in.c.ex inſinuatione de procur.& ibidē Butr.& Imol. & ideo dixit Oldra.in conſi.ſuo.228.incipiente,de toto themate, ꝙ ſi mixtus executor procedit vt merus datur reſtitutio aduerſus
14 ſpoliationem ab eo factam. †Tertio intellige dictam fallentiā non procedere, quando iudex etiam iudicialiter procedens caret iuriſdi tione vt per Fely.in.d.c.cum cauſa.in.1.col.de off.deleg.

Mandatum an preſumatur habere is qui penſionē. pro alio ſoluit. Q ō.xlviii

1 *Mandatum non prçſumitur ex curſu temporis.*
2 *Spoliatus perceptione penſionis ſibi ſolute a tertio nomine debitoris i l lius agere poteſt de ſpolio.*
3 *Gerens actum pro aliquo prçſente domino vt illius procurator preſumi tur mandatum habere.*
4 *Soluēs penſionē pro aliquo illo inſciēte non preſumitur mādatū habere.*
5 *Factum Abbatis non nocet conuentui ad transferendum poſſeſſionem in alium.*

QVadrageſimo octauo quęro,vtrū is qui ſoluit pēſionem pro rectore alicuius beneficii puta Titio.cui erat reſeruata auctoritate ſuperioris annua penſio ſuper illius fructibus preſumatur ad id habuiſſe mandatum ab eo cuius nomine ſoluit.
1 †Et videtur dicendum,ꝙ non:quia mandatum ex curſu temporis non preſumitur Bal.in.l.1.col.2.verſi.ſed pone.aliquis.C.de reb. alien.non alienan.& ibi Salic.& Bal.in.l.2.C.ſi ex falſ.inſtr.Et per Iaſonem in conſil.cxl.incipiente Communitas & homines col.2. in fi.in.4.volu. Contrarium tñ in caſu noſtro eſt dicendum ꝙ im/mo ſoluens penſionem pro alio preſumatur ad id mandatū habuiſ/ſe cum nemo ſuum iactare preſumatur.l.cum indebito.ff.de ſolut. Et ita decidit notanter Rota deciſ.23.in antiquis incipiente,no/ta ꝙ vbi dixi:dicens ꝙ tali caſu preſumitur ꝙ ſoluens ſoluat de mā dato domini.allegat Innoc.in.c.nonnulli.in verbo mandato de re/ſcrip.quod maxime procedit quando ſciente illo qui erat penſionis

debitor ſoluta fuit penſio: quia tunc debitor videtur talem ſolutiõnem ratificare, & mandatum dare. arg. not. per Inno. in. c. ex parte. de reſcrip.
2 † Vnde quo ſupra loco infert Rot. ꝙ ſi creditor talis pẽſionis petat ſe reſtitui: quia dicat ſe ſpoliatum reſtituẽdus eſt: quia ex tali ſolutione videtur fuiſſe in poſſeſsione vel quaſi exigendi dictam penſionem niſi aliud in cõtrarium probetur: iſtam concluſionem intellige procedere quando ſoluens penſionem pro aliquo ſoluit ſciente & non contradicente eo pro quo ſoluitur. facit ad hoc doctrina Abb. in conſil. 23. incipiente in cã quę ad pñs in. 2. volu.
3 † vbi dixit ꝙ gerens actum vt procurator ſciẽte domino pſumitur mandatũ habere: ideo neganti hoc incũbit onus probãdi: & idem tenuerũt But. & Domi. i. c. qui ad agendũ de procur. in. vi. allegãdo Inno. in. c. cũ in iure. de off. deleg. vbi dixerunt, ꝙ vbicunq; dñs
4 patitur aliquẽ agere noĩe ſuo ille pſumitur mandatũ habuiſſe. † Secus aũt videtur dicendũ qñ quis ſoluit penſionẽ pro aliquo illo neſciente: quia tunc. d. ſolutio pꝛiudicare non habet ei pro quo ſoluit. ita concludit Abb. in. d. ſuo conſ. inferens ꝙ colonus illarũ monialiũ ſi ſoluiſſet penſionẽ illam de qua agebatur noĩe monialiũ cuidã rectori illius eccleſię de qua ibi illis monialibus ignorantibus, hoc non pꝛiudicat. allegat not. in. l. q̃uis. §. 1. ff. de acqr. poſſ. facit p iſta
5 parte: † quia videmus ꝙ factũ Abbatis non nocet conuẽtui q̃tum ad trãsferendũ poſſeſsionem pprietatis in aliũ. c. cũ dilectus, & ibi not. Inno. in glo. de relig. domi. vide ad hanc. q. dicta per Guidonẽ Papę in ſuis deciſ. deciſ. 163. incipiente in dicto ſuo.

Pẽſio an extinguatur ſi pẽſionario prouideatᷣ de beneficio ſup quo ei eſt reſeruata pẽſio. Qõ. xlix.

1 *Penſionarius & vſufructuarius equiparantur.*
2 *Duę cauſę lucratiuę ſimul concurrere non poſſunt.*
3 *Fideiuſſor ſuccedẽs creditori cui pro alio ſoluere promiſit liberatur.*
4 *Fideiuſſor ſuccedens principali debitori conuenitur vt hæres principalis debitoris.*
5 *Longa eſt differentia inter conſolidationem & extinctionem.*
6 *Penſio an remaneat apud penſionarium qui conſecutus fuit beneficium ſuper quo ſibi erat aſſignata penſio ſi illud dimittat.*
7 *Vſufructus conſolidatur cum proprietate quando vſufructuarius proprietario ſuccedit; ſed facta proprietatis reſtitutione reſcinditur conſolidatio.*

8 *Penſionarius ſi ſciuit beneficiũ oneratum penſione ſibi debita ad alium ꝑtinere & nihilominus de eo ſibi prouideri obtineat extinguit pẽſio.*

QVadrageſimo nono quęritur vtrũ penſio extinguat̃ ſi penſionario cui reſeruata erat prouideatur poſtmodũ de illo beneficio ſuper cuius fructibus erat ſibi penſio reſeruata: iſta eſt pulchra quęſtio, & de qua alias fui interrogatus in hac inclyta ciuitate Venetiarum: Nec eam alicubi iueni tactam a doctoribus in qua videtur dicendum, ꝙ aſſecuto beneficio illius onere grauato penſio extinguatur: & hoc pluribus fundamentis. Primo qa videmus ꝙ ſi creditor inſtituatur hęres a ſuo debitore eius creditum ſecuta hęreditatis aditione cum hęreditate confunditur. l. ſtichũ. §. aditio. ff. de ſolut. l. cum ſm. C. de fideicom. l. debitori vbi glo. C. de pact. & hoc procedit ẽt quando quis eſt grauatus reſtituere hęreditatem ꝑ fideicõmiſſum. l. deducta. ff ad trebel. & ꝑ doct. vbi Bal. & Paul. de caſt. in. l. in ĩponenda. C. ad leg. falc. ſi igitur pẽſionarius ſuccedat debitori in beneficio ſuper quo erat impoſita penſio ſibi debita videtur pari ratione dicendũ penſionem extingui: quia ſibi ipſi a ſemetipſo deberi non poteſt. l. vranius. ff. de fideiuſ. l. frater a fratre in glo. ff. de condi. indeb. & ſibi obligari nemo poteſt: vt per Bal. in. l. fin. §. in computatione in. 1. oppoſitione. C. de iur. delib.

1 Corn. conſil. 71. in. 4. volu. incipiente, ad euidentiam. † Secundo adduco quia penſionarius & vſufuctuarius ęquiperantur. Patet: quia penſio dicitur pẽdere a beneficio ex quo extrahitur ſicuti vſufructus a proprietate ſm Imol. in clemen. 1. §. an eadem de ſupplẽ. negli. ꝓlat. & dictũ fuit ſupra. q. 1. Sed qñ vſufructuarius ꝓprietario ſuccedit confunditur vſufructus cum ꝓprietate, immo cum ea cõſolidatur. §. finitur autem inſtit. de vſufruc. l. ſi fructuarius. ff. de

2 vſufr. ita ergo dicendũ videtur in penſione. † Tertio facit: qa ſi teſtator alicui puta Titio rem alienam leget, & legatarius viuo teſtatore illius rei dñs fiat ex cã lucratiua, puta titulo donationis eius actio extinguitur: qa duę cauſę lucratiue ſimul concurrere non poſſunt. §. ſi res aliena inſtit. de legat. & l. meuius. §. duorũ. ff de legat. 2. quod procedit ẽt ſi legatarius cui eadẽ res a duobus legata fuit illam alienauerit, nã ex quo ꝑ conſecutionẽ illius rei ab vno factã actio contra alium fuit extincta facta alienatiõe non reuiuiſcit. ita

3 dicit ibi tex. ad hoc ſingularis, & ibi late ꝑ doc. poſt Bar. † Quarto ꝑ iſta opiniõe facit: Nã videmus ꝙ ſi fideiuſſor ſuccedit creditori cui ꝑ alio ſoluere ꝓmiſit liberatur: qa ſi id eſt in principali debitore

.d.l.ſtichum.§.aditio.ff.de ſolut. a fortiori id erit in fideiuſſore qui principali accedit:cum acceſſorium ſequatur naturam ſui principalis.c.acceſſorium de regul.iur.in.vi.

4 † Quinto facit:quia ſi fideiuſſor ſuccedat debitori principali non poterit amplius vti fideiuſſor conueniri:ſed vti principalis erit conueniendus, ideſt tanq̃ hęres:principalis.tex.eſt in.l.fideiuſſoris.C.de fideiuſſo.facit gloſ.in d.l.debitori.C.de pac.& tex.in.l.generaliter in principio.C.de fideiuſ.&.l.cum reuſ.ff.eo.tit.ex pręmiſsis videtur poſſe dici, ꝙ in caſu pręſentis queſtionis penſio extinguatur.Nihilominus contrarium eſſe verius arbitror, videlicet ꝙ penſio non extinguatur, ſed bene ꝙ conſolidetur cum beneficio ſicuti ſupra dictum fuit de vſufructu.

5 † Et eſt longa differentia inter extinctionem & conſolidationem: quia ſi dicamus penſionem extingui vtiq; nunq̃ reuiuiſceret niſi de nouo reſeruaretur per habentem auctoritatem:vt in ſimili dicitur de clerico, qui per contractum matrimonii amittit beneficium, vt in.c.1.de cler.coniug.& ſi poſtmodum eius vxor anteq̃ ab eo carnaliter cognoſcatur, ingrediatur monaſterium tunc clericus beneficium non recuperat, quia extinctus eſt eius titulus per contractum matrimonii & extinctus titulus non reuiuiſcit:ſicuti de actione dicitur.l.qui res.§.aream.ff.de ſolut.c.q̃ periculoſum.vii.q.1.c.quęris de conſecr.diſtin.4.ſed opus eſt noua collatione. ita concludũt doct.in.d.c.1.de cleri.coniug.Sin autem in caſu quęſtionis noſtrę dicamus penſionem conſolidari cum beneficio tunc durante conſolidatione actio non erit extincta in totum ſed ſopita & obligatio re

6 manebit illęſa.† Et propterea ſi penſionarius qui aſſecutus fuit beneficium ſuper quo erat ei debita penſio illud dimittat & renuntiet putarem ꝙ penſionem retineret, & ꝙ poſt agere poterit contra beneficii poſſeſſorem ad illius ſolutionem & moueor validiſsimo fundamento.Clarum eſt ꝙ penſionarius & vſufructuarius ęquiparantur, vt dictum fuit ſupra & habetur ſupra.q.1.

7 † Sed licet vſufructus conſolidetur cum proprietate quando vſufructuarius proprietario ſuccedit vt ſupra dixi.Nihilominus ſi poſtmodũ vſufructuarius proprietatem reſtituat reſcinditur conſolidatio & vſufructus remanet illęſus apud vſufructuariũ. Ita decidit Bal.in.l.ſi maritus ad finem.C.de inof.teſta.& tradit Barth.cepol.ſingula.ſuo.54.& pro hac opinione facit tex.in.d.l.ſi maritus & eſt tex.clarus in.l.Dominus.ff.de vſufr.& quemad. quis vta.vbi dicitur ꝙ ſi vſufructuario fundi proprietas per dominum legata fuerit:& demum vſufructuarius illam fuit coactus reſtituere tanq̃ ad alium pertinentem,

vtputa

vtputa ad eum qui egit quęrela inofficioſi teſtamenti, & obtinuit tunc vſufructus remanet apud reſtituentem proprietatem apud quem prius fuit. Sed in contrarium videntur ſtringere duo iura, videlicet tex. in l. cum filius. §. dominus. ff. de leg. 2. vbi eſt tex. reputatus ibidem ſingularis per Angel. & Alex. ꝙ ſi dominus fundi cuius vſufructus alterius erat, illum vſufructuarium ſuum vniuerſalem hęredem inſtituat, & illum fundũ, puta Titio leget, hęres fundum vſufructu non retento legatario conſignare tenetur: et tex. in l. ſi tibi fundi vſufructũ. ff. quib. mod. vſufru. amitt. vbi eſt tex. ꝙ ſi teſtator vni vſumfructũ pure, alteri vero proprietatem ſub conditione leget & vſufructuarius conditione pendente proprietatis dominium acquiſiuerit, deinde extiterit conditio, tũc pleno iure fundus illius erit cui legatus fuit ſine detractione vſufructus, & ſubdit ibi tex. rationem: quia vſufructuarius factus dominus proprietatis vſumfructum amiſit. Quid dicendum? ſtantibus dictis iuribus. Diſtinguendum puto ſic: ꝙ quando penſionarius qui aſſecutus eſt beneficium oneratum penſione ſibi debita illud dimittit ex cauſa neceſſaria, vtputa, quia alius potiora iura in illo habet & mota lite obtinuit beneficium ſibi adiudicari: & iſto caſu puto, ꝙ penſio remaneat apud eum vt erat prius ſicuti in vſufructuario dicimus per tex. in d. l. ſi maritus. C. de inoffi. teſtamẽ. & eſt tex. in. d. l. ſi dominus. de vſufruc. & quemad. quis vta. Aut quis dimittit beneficium ex cauſa voluntaria: & tunc puto dicendũ, ꝙ penſio apud eum non remaneat, ſed ſit extincta: Cum etiam extinguatur eo caſu vſufructus. d. l. cum filius. §. dominus. ff. de leg. 2. & dicta. l. ſi tibi fundi vſumfructum. ff. quib. mod. vſufr. amit.

8 † Dicta in primo membro huius diſtinctionis videntur debere limitari vt non procedant quando penſionarius qui ſibi obtinuit prouideri de beneficio ſuper quo ſibi penſio reſeruata erat ſciebat alteri in illo meliora iura competere: & nihilominus hoc non curando procurauit ſibi de illo prouideri: tunc enim penſio eſſet extincta per not. per Bal. Salic. & alios in. d. l. ſi maritus. C. de inoff. teſtamen. & ad hoc facit doctrina Alberi. in tract. ſuo ſtatu. in. 1. parte. q. 91. incipiẽte, ſed pone aliquis vbi decidit ꝙ ſi aliquis habens vſumfructum in fundo emat proprietatem a domino & ſic conſolidet vſumfructũ cum proprietate & proximior agnatus venditoris vigore ſtatuti reuocet venditionem, ꝙ tamen vſufructus remanet apud emptorem apud quem prius erat ſi ſtatutum illud de recuperatione ignorauit: ſecus ſi illud ſciuiſſet. allegat text. in. l. perueniens. §. neptis. ff.

ad ſillen. vbi inquit dixiſſe: hoc etiam probatur per tex. in dicta. l. ſi tibi fundi vſufructus. ff. quib. mod. vſufru. amit. vbi ex quo is cui fundi vſufructus erat relictus voluit fundi proprietatem acquirere quam ſciebat alteri legatam vſumfructum amittit. Nec obſtant adducta ſupra de creditore debitore & fideiuſſore: quia procedunt in debito vnius tantum prętationis: prętetea creditor inſtitutus hæres a debitore licet eius creditum confundatur cum hæreditate a ſe adita etiam ſi cogatur illam reſtituere: tamen in reſtitutione hæreditatis retinet debitum ſibi, & illud deducit in ratione legis falcidiæ. l. ſi debitor. & l. pater filiam. ff. ad leg. falc. & ſic eius creditum etiam ꝙ hæreditatem adiuerit non facto inuentario non confunditur quantum ad retentionem: ſed tantum confunditur quantum ad actionem & obligationem: ita voluit Bald. in. l. debitori tuo. C. de pact. colum. 2. verſic. extra oppono. Cogita circa prædictam concluſionem, quia pulchra & ſubtilis eſt & ab aliis non tacta quod viderim.

Penſio Titio aſsignata an cenſeatur extincta ſi Titius aliquod beneficium conſequatur. Quæſtio quinquageſima.

QVinquageſimo quæro, an penſio Sempronio clerico aſsignata ſuper fructibus alicuius beneficii ceſſet & cenſeatur extincta ſi Sempronius aliquod beneficium conſequatur. Hoſt eñ. in. c. cum eſſent. de ſimo. mouet hanc quæſtionem & tenet quod penſio ceſſet: cum quo videtur ſimpliciter tranſire Paul. in clemen. 1. de reb. eccle. non alien. Guiliel. tamẽ quem refert & ſequitur Imol. in pręallegata clemen. col. vii. in princ. contrarium tenuit ꝙ immo penſio tali caſu non ceſſet. loquitur tamen in penſione quam quis percipit ex redditibus decimæ vel aliorũ bonorum eccleſię pro temporali ſeruitio vel labore idem tñ puto in penſione reſeruata alicui ſuper fructibus alicuius menſæ dignitatis vel beneficii: & moueor, quia vt ſupra deciſum fuit. q. 32. Penſio non facit incompatibile cum beneficio etiam ſub eodem tecto: quia eſt quid mere temporale, vt vidimus ſupra. q. 1. et. q. xxi. Imol. tamen in d. clemen. col. vii. in principio. limitat hanc concluſionem non procedere, quando penſio eſſet aſsignata pro ſola ſuſtentatione clerici, & etiam quando talis eſſet penſio quę cum eccleſiaſtico beneficio teneri non poſſet de ſui natura.

Penſionarius cui reſeruata eſt penſio ſuper fructibus alicuius beneficij an habeat hypothecam in illis fructibus. Quæſtio.li.

1 *Dictio ſuper adiuncta certe rei illius hypothecam inducit.*
2 *Penſio videtur cedere in cauſam alimentorum.*
3 *Penſionarius agit hypothecaria contra fructuum perceptorem.*
4 *Contrarium tenuit Paulus de caſtro.*
5 *Perſona beneficiati eſt obligata ad ſolutionem penſionis.*
6 *Dignitas ſuper cuius fructibus eſt penſio eſt obligata.*
7 *An res menſæ vel beneficij ſint obligate pro penſione.*
8 *Qualitas verbo adiuncta intelligitur ſecundum tempus verbi.*
9 *Fructus pendentes ſunt pars fundi.*
10 *Alimentorum expreſſio an faciat cenſeri cauſam piam etiam in diuite.*
11 *Hypotheca reſultat quando Epiſcopus dat penſionem pro alimentis.*
12 *Penſio ſimpliciter alicui aſſignata an cenſeatur data pro alimentis.*
13 *Hypotheca an inducatur in aliis annuis preſtationibus præterquam alimentis.*
14 *Legatum annuum diuiti factum non cenſetur factum in cauſam alimentorum.*
15 *Penſio eſt realis.*
16 *Succeſſor ſingularis rei ſiue fructuum beneficii ſuper quibus eſt appoſita annua penſio an conueniri poſſit hypothecaria.*
17 *Res pro qua præſtanda eſt annua preſtatio ſemper cenſetur obligata.*
18 *Nulla eſt ſpecialitas in alimentis circa hypothecam.*
19 *Legatum alimentorum ſiue diuiti ſiue pauperi factum cenſetur in piam cauſam factum.*
20 *Penſio regulariter videtur cedere in cauſam alimentorum.*
21 *Tranſactio fieri non poterit ſine iudicis auctoritate in penſione pro alimentis aſſignata.*
22 *Etas & valitudo penſionarii conſiderantur in extinctione penſionis.*
23 *Dilationes breuiores in alimentorum cauſis dantur.*
24 *Cauſa alimentorum agitari poteſt die feriato.*
26 *Tranſactio iurata valebit in cauſa penſionis ſine auctoritate iudicis.*
27 *Tranſactio ſuper preteritis alimentis non autem ſuper futuris valet.*
28 *Cauſa alimentorum futurorum eſt ſummaria.*
29 *Penſio decurſa ſi petatur qualiter ſit agendum.*

QVinquageſimo primo quęro, vtrum is cui eſt reſeruata an nua penſio ſuper fructibus, redditibus, & prouenti bus ali cuius beneficii vel menſę habeat fructus illius beneficii hy pothecatos pro penſione ſibi ſoluenda, adeo ꝙ agere poſsit hypo thecaria actione contra quemcumq; poſſeſſorem dictorum fructu um ſiue ſucceſſor ſit vniuerſalis ſiue particularis. Iſta eſt pulchra q̃ ſtio quam examinat Roma. in conſi. 388. incipiente in caſu pro poſiti thematis Paul. de caſt. in conſi. 338 incipiente, quia excep tiones in primo volu. & Felyn. in. c. ad audientiam el. 2. de reſcri. & poſtremo Caccialupus in trac. ſuo de penſ. q. ix. Quorũ dicta exa minabimus. Roma. in prędallegato conſi. concludit, ꝙ tales fruct⁹ ſint obligati & hipothecati pro ſolutione penſionis, & ꝙ agi poſſit hipothecaria contra quemcumq; illorum poſſeſſorem ſiue ſit vni uerſalis, ſiue particularis ſucceſſor: & mouetur primo quia vt ex te nore literarum penſionis apparet penſio aſsignatur ſuper fructibus
1 beneficii quod grauatur. † Dictio autem ſuper iuncta in oratione certe rei eius rei cui adiungitur hypothecam inducit de quo dicit eſſe caſum in. l. codicillis. §. inſtituto. ff. de legat. 2. quẽ ad hoc Bar.
2 ponderauit in. l. fundum. ff. de añ. legat. † Secundo mouetur idem Roma. quia penſio videtur cedere in cauſam alimentorum. vnde in fert ꝙ iuris eſt concluſio dictans ꝙ res illa ex qua quis mandat ali menta prętari eſt pro ſolutione alimentorũ tacite obligata allegat cõcluſionẽ gloſatoris in. l. Lucius. ff. de alim. legat. in. l. Gaius. ff. de añ. legat. & in. l. cum hi verſi. idem eſt ſi ageret. ff. de tranſa. & tex. in l. 2. in fine. ff. de alim. legat. licet ſecus eſſet, quando ob aliam cauſã q̃ alimentorum redditus ex tali fundo aſsignarentur. Nam eo caſu hypotheca naſci non videtur: ſed ſolum actio perſonalis contra aſ ſignantem. ff. de contr. empt. l. fin. in fine & l. Liberto. ff. de añ. legat.
3 iuncta gloſ. ibi in principio. † In verbo, vendita ſunt: & ex hiis tri bus fundamentis idem Roma. concludit ꝙ is qui habet reſeruatã ſibi penſionem annuam ſuper fructib⁹ alicuius beneficii agere poſ ſit hipothecaria actione contra dictorum fructuum ſucceſſorem vniuerſalem vel ſingularem quod dicit eſſe ſpeciale immo ſpecialiſ ſimum in cauſa alimentorum q̃uis a quibuſdam perſonis nomina tim ſoluendum conceſſum ſit. Nihilominus a quibuſcumq; qui il lis ſucceſſerunt in rebus ex quibus voluit concedens ſolutionẽ fie ri ſoluendum eſt. De hoc dicit idem Roma eſſe tex. ſingularem ſecũ dum lecturam gloſ. in verbo agant quam Bart. ſequitur in. l. Liber tis. §. Lucius. ff. de alim. legat. ſubdens ꝙ q̃uis concedens beneficiũ

adiecta

adiecta bonorum hipotheca pro ipſius beneficiati cautela , pro vt
ſit in ſolutione penſionis illud mandat ei cui beneficium conceſsit
ſolui per perſonam nominatim expreſſam nihilominus non intelli
gitur ipſi beneficiato tollere facultatem agendi hypothecaria con-
tra bonorum obligatorum ſucceſſores quando actio perſonalis cō
tra nominatim expreſſum fruſtra intentaretur dicit eſſe caſum expſ
ſum in.l.Libertis.§.ab hęredibus cum gloſ.in verbo peruenerunt
.ff.de alim.legat.& per iſta & alia plura concludit Romanus in d.
4 ſuo conſi.vt ſupra retuli. † Sed Paulus de caſtro in pręallegato ſuo
conſi. 3 3 8 .incipiente,quia exceptiones in vltima col.verſi. tertio
quæritur tenet oppoſitum:dicit enim ꝙ fructus beneficii vel men-
ſæ ſuper quibus eſt reſeruata penſio non ſunt pro penſione obligati
cum obligatio rei ex qua alimenta præſtari debent ; ſuccedat tan-
tum in alimentis d.l.Lucius &.l.2.ff.de alim.& cibar.lega.in aliis
autem præſtationibus annuis ſecus eſſe dicit allegat tex.in.l.gaius
& ꝙ ibi not.ff.de añ.lega.l.fi.§.fi.&,ꝙ ibi no.ff.de contr.empt.in.d.
l.cum hii.§.ſi vni.ff.de tranſac.dicens idem Paul.ꝙ licet videatur
in contrarium tex.& glo.in.c.niſi eſſent de præben.ibi enim conſti
tuta fuit certa penſio ſoluenda de redditibus capituli & prioratus,
& Papa declaret illam conſtitutionem penſionis reſpectu prioratus
perſonalem eſſe: quia facta cum illo qui adhuc non erat prior:ideo
illa cum perſona extinguitur:ſed quo ad capitulum eſt realis : ideo
glo.ibi dicit ꝙ ſi Papa illam interpetrationem non feciſſet eſſet rea-
lis quo ad vtrumq;.Nihilominus ad hoc reſpondet conſiderando
5 tres caſus. † Aut enim quęrimus vtrum perſona illius cui onus ſol
uendæ penſionis iniunctum fuit ſit obligata,& dicit ꝙ ſic:quia po
teſt ad ſolutionem compelli.dicit tamen aduertēdum,quia illa nō
eſt proprie obligatio ciuilis vel naturalis:quia ex reſcripto non ori-
tur:ſed dici poteſt quædam aſtrictio vnde non iure actionis ſed iu-
dicis officio cogitur:allegat tex.in.l.ſi quis ſepulchrum.§.fin.ff.de
relig.& ſumpt.fune.& not.per Compoſt.& Ioan.andr.in.c.manda
6 tum de reſcrip. † Aut quærimus vtrum dignitas puta epiſcopatus
ſuper cuius fructibus eſt impoſita penſio ſit obligata modo tamen
præmiſſo:& tunc concludit ſimiliter ꝙ ſic: & ita procedat tex.cum
glo.in.d.c.niſi eſſent:& iſto modo accipitur ibi realis cum perſona
7 enim non extinguitur. † Aut quærimus & ſic tertio caſu vtrum res
mēſæ prioratus aut beneficii vel eorum fructus ſint obligati:& tūc
dicit Paulus ꝙ non, per not.in.d.l.gaius.ff.de añ.legat.vnde infert
ꝙ ſi res menſæ prioratus vel beneficii aut eorum fructus ſuper qui

bus penſio extitit aſsignata per epiſcopum priorem ſiue benefi-
cii rectorem alienarentur per eum, cui penſio reſeruata fuit per
hypothecariam auocari non poſſent, cum non ſint obligatæ. &
ſic Paulus reſidet in iſta opinione contraria opinioni Romani.
Felynus vero in dicto.c.ad audienciam el. ſecundo. colum.vi. ver
ſiculo. Sed aduerte de reſcript.dicit, ꝙ forte opinio Pauli de ca-
ſtro verior eſt: quia Romanus non probat efficaciter principa-
le fundamentum ſuum, ſcilicet ꝙ præſtatio penſionis dicatur ali-
mentorum præſtatio. Præterea dicit ipſe verba literarum dicunt
penſionem ſolui debere ſuper fructibus, redditibus, & prouenti-
bus eccleſiæ. & vbi illi redditus non ſunt amplius eccleſiæ in-
ſpecto præſenti ſtatu, non videtur ꝙ amplius ſubiiciantur illi
8 oneri. † Qualitas enim verbo adiuncta intelligitur ſecundum
tempus verbi. l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de noxal. ibi cũ eo
tempore Dominus non fuerim: ſubdit tamen idem Felynus ibi-
dem, ꝙ cum communiter verba literarum reſeruationis penſio-
nis dicant expræſſe ꝙ huiuſmodi penſiones deputantur pro ſu-
ſtentatione alimenti penſionarii facile multi reperirentur, quibus
magis placeret opinio Romani, & ſic in hoc Felynus anceps re-
ſidere videtur. Caccialupus autem in dicto tractatu ſuo de pen-
ſionibus quęſtione nona examinauit hanc quæſtionem cuius tra-
ctatum vidi Romæ de anno. 1530. poſt vrbis euerſionem: &
poſtquam inceperam ſcribere præſentem tractatum. & refert opi-
nionem ſupradictorum. & poſtremo Felyn. cuius verba dicit con-
ſideraſſe antequam ipſum Felynum vidiſſet: & relatis Supradi-
ctis opinionibus dicit idem Caccialupus, ꝙ inſpectis verbis li-
terarum dicentium pro alimentis res videtur expedita. & ſic ꝙ ſit
probatum fundamentum Romani: ſubdens, ꝙ poſito ꝙ ſint hy-
pothechati fructus bonorum expreſſe, vt in. l. prima. §. cum præ-
dium. ff. de pignor. ſiue tacite, vt in. l. in prædiis. ff. quib. mod.
pign. tacit. contrahat. videtur tamen ꝙ fructus ſati ſi ſint perce-
pti & conſumpti a bone fidei emptore, ſiue beneficii ſingulari ſuc-
ceſſore, ꝙ nunquam fuerint illius eccleſiæ ſeu menſæ, cuius red-
ditus ſunt obligati: igitur numquam fuerunt hypothecati ca-
ſum dicit eſſe in dicto. §. cum prædium, & propterea tales fru-
ctus peti non poterunt. Idem dicit eſſe ſi tales fructus fuiſſent ſa-
ti & percepti a dicto illorum emptore, ſeu ſingulari ſucceſſore: li-
cet extent & conſumpti non ſint: quia nunquam fuerunt in bo-
nis illius obligantis vel eccleſiæ, ſeu menſæ oneratæ penſionis

9 onere allegat tex.in eodem.§.cum prædium.† Demum dicit Caccialupus, ꝙ dubitatio ſtat quid in fructibus ſatis aut pendentibus tempore obligationis: qui fructus ſi vt pars fundi conſiderentur vt tunc erant.l.fructus.ff.de rei vendi.l.fina.§.vt fructus.ff. quæ in fraud.credit.& tunc concludit tales fructus eſſe hipothecatos, & ꝙ penſionarius aget hipothecaria contra ſingularem ſucceſſorem ſuper fructibus ab eo perceptis qui erant ſuper re tempore obligationis quaſi debitoris ſicuti res ipſa fuiſſe cenſeantur allegat Baldus & Angelus in dicta lege fina.§.fructus.ff.quæ in fraudem credit. & dicit videndum eſſe A zonem in ſumma in titulo de pignor.in verſiculo. & idem dici poteſt in fructibus.

10 † Subdit idem Caccialupus conſiderandum eſſe vtrum illa expræſsio pro alimentis faciat cenſeri cauſam piam alimentorum & fauorabilem quicumque ſit is cui penſio aſsignatur, ſiue diues, ſiue pauper: de hoc tamen ſe remittit ad not. per Doctores: in .l.illud.C. de Sacroſant. eccl. dicens, ꝙ quando Papa dicit ꝙ penſionem deputat pro ſuſtentatione & alimentis penſionarii, tunc tutius eſt inhærere verbis, & dicere ꝙ ſumus in penſione conſtituta pro alimentis, & per conſequens ꝙ fructus fuerint hypothecati, ſuper quibus penſio ipſa fuit conſtituta etiam ꝙ penſionarius ſit diues aliunde & non indigeat illis alimentis: quia inepte videretur dicendum, ꝙ Papa qui habet liberam poteſtatem in beneficialibus, in fraudem iuris vſus fuerit illis verbis pro alimentis, quinimmo videretur ꝙ voluit ſaltim ꝙ habeat uim alimentorum & illorum prærogatiuam, & per conſequens hypothecam dicens, ꝙ idem forte eſſet dicendum in Epiſcopo, ſeu ordinario dante penſionem pro alimentis

11 clerico indigenti, vt videlicet reſultet hypotheca. † Sed quando Epiſcopus vel ordinarius conſtitueret penſionem non indigenti, tunc dicit diſtinguendum, an penſio ſit licita, & eo caſu idem ſit aut penſio eſt illicita, & eo caſu ceſset: & reſpondet ad ea quæ habentur in lege illud .C. de Sacroſant. eccleſi. ꝙ illa procedunt: quia ibi aſſerebatur aliquid aliter quam ſe haberet in fraudem canonum & legum. Nam irrogatio in piam cauſam quæ ſit diuiti aſſerenti ſe inopem fieri non po-

12 teſt. † Vbicumque autem Papa in ſuis literis dicat, ꝙ aſſignat penſionem ſuper fructibus, redditibus, & prouentibus talis monaſterii eccleſiæ, ſeu menſæ Sempronio puta ad eius vitam, & non dicat pro ſuſtentatione, & alimen-

tis,dicit Caccialup.eſſe diſtinguẽdum,ꝙ aut is cui aſsignata fuit
penſio,erat pauper & indigens.ita vt coniecturari poſsit ꝙ aſsigna
uit pro alimentis iuxta not.per doc.in.d.l.illud.& in.l.cum hi.§.ſi
vni.ff.de tranſac.& tunc dicit,ꝙ putat hypothecã reſultare ac ſi di/
ctum fuiſſet pro alimentis.Si vero is cui aſsignatur penſio,erat di
ues & non indigens,ſed Papa illam ſibi aſsignauit,vt eum ditiorẽ
faceret,vel vt ſtatum ſuũ decentius ſuſtentare valeat:& tunc dicit
ꝙ putat hypothecam non reſultare quia uere non ſapit cauſam ali
mentorum.Et iſto caſu dicit procedere opinionem Pauli de caſt.in
13 conſil.ſupra allegato:† quia iſta hypotheca non inducitur in aliis
preſtationibus annuis preterq̃ in alimentis.d.l.gaius. & ibi not.ff.
de annu.legat.l.fi.ff.de cõtr.emp.& probatur in.l.ii.& in.l.Lucius.
14 ff. de alimẽ.& cibar.lega.inducẽdo illas per locũ a ſpeciali:†Cõfir
marur prædicta concluſio per tex.ad hoc notabilem in.d.l cum hi
§.ſi in annos,vbi dicitur ꝙ legatum annuũ factum diuiti non cen/
ſetur factum in cauſam alimentorũ:ſecus ſi pauperi & ibi idem di/
cunt Bart.& doct.Poſtmodum ſubdit idem Caccialup.ꝙ ex p̃miſ/
15 ſis reſultant duæ concluſiões.†Prima,ꝙ poſt mortẽ illius nomina
ti in literis penſionis & grauati:ſiue ſit prę̨latus ſiue eccleſię rector
ſiue adminiſtrator aut al's in dignitatẽ aliqua cõſtitutus adhuc pẽ
ſio durat cum ſit realis annexa dignitati menſe vel beneficio vnde
ſucceſſor tenetur & compelli poteſt ẽt ſoluere.c.dilectus.de for.cõ.
pet.c.1.de ſolut.Et hanc concluſionẽ firmat ẽt Paul.de caſtr.in ſu/
pra allegato conſi.col. vlt.verſi.prima quod poſt mortẽ circa q̃ cõ/
cluſionem vide quę dixi ſupra.q.44.vbi late examinaui an & qñ
16 ſucceſſor in beneficio teneat ad ſolutionẽ penſionis.†Secunda cõ/
cluſio eſt ꝙ ſi res eccleſię menſę vel dignitatis,cui penſio eſt ĩpoſita
aut fructus bonorũ venderentur & reperirẽt apud ſingularẽ ſuc/
ceſſorem non obligatũ aliqua perſonali actione,neq; compellibi/
lẽ iudicis officio ex pſona ſua,& cõueniatur actione hypothecaria,
ꝙ talis penes quem reperirẽtur res vel fructus eccleſiæ qñ hypothe
ca reſultat iuſte conuenitur.ſecus quando hypotheca nõ reſultat
qñ vero reſultet vel non reſultet hypotheca dicit ex p̃miſsis colli/
gi:& dicit videndos dños de Rota.deciſ.869.incipiente,legato
pro anniuerſario,in antiquis & Oldra.conſi.226.incipiente,qui/
dam Eps,& in iſta opinione reſidet Caccialupus ſolennis doctor.
17 †Quid tenendum ſit ſtantibus ſupradictis opinionibus cõtrariis:
mihi videtur dicendum ꝙ ſiue in reſeruatione annuę penſionis ſit
expreſſum ꝙ penſio detur pro alimentis ſiue non ſemper obligatio.

rei ex qua præſtanda eſt penſio ſubintelligatur. Nec eſt id ſpeciale in cauſa alimentorum, vt dicunt doctores ſupra allegati. Nam regulariter quando aliqua res ſpecialiter deſignatur pro preſtatione alimentorum vel alterius annuæ preſtationis, tunc illa res ad hoc onus ſpecialiter deſignata cenſetur obligata. Ita notat Barto in.d.l.lucius.ff.de alimē.& cibar.legat.per tex.in.l.2.eo.tit.Idem. voluit Bart.in.l.fundus quē.ff.de an.legat. vbi dixit, ꝙ ſi teſtator centum annua leget ſuper tali fundo, tunc ille fundus ad ꝑſtationē ꝓdictam cenſetur expreſſe obligatus: quia ſm Bar.tantum eſt dicere lego ſuper tali fundo, quantū dicere obligo talem fundū. Idem tenuit Bart.in.l.codicillis.§.inſtituto.ff.de legat.2.& ꝓdicta maxime procedunt, quando talis annua ꝑſtatio eſſet perpetua.l.hactenus de vſufruc.& per Corn.in conſil.ſuo.296.in.1.volu.Et Guidonem Papę in ſuis deciſ.deciſ.432.incipienti ſuper quęſtiōe.co

18 lū.fi.verſi.ſi aliqua penſio. †Et hāc opinionem, ꝙ nulla ſit ſpecialitas circa hypothecā in alimentis inuenio tenuiſſe domi.Ant.Neguſantiū fanenſem doctorem ſatis celebrē, & mihi dum vixit amicum optimū in trac.ſuo de pignore & hypoth.parte.2.in.4.membro colū.2.in verſ.vigeſimus tertius caſus.vbi dixit non eſſe ſpeciale in alimentis, ꝙ bona ex quibus præſtari mandantur ſint pro illis hypothecata ꝙ ſic comprobat. dicit enim ꝙ certi ſunt caſus in quibus inducitur tacita hypotheca in tit.ff.& C.in quibus caſi.pign. tacit. contraha.inter quos caſus alimentorum non reperiuntur. ideo ille de iure non ceſetur habere tacitam hypothecā.quo argumento vtitur Barto. in.d.l.Lucius.facit tex.inſti. de actio. in.§.actionum vbi actiones bonæfidei enumerantur: & quæ ibi non ſunt numeratę ſunt ſtricti iuris.& ſic dicit ipſe alimenta non habent ius tacitæ hypothecę niſi quando in teſtamento ſunt relicta: tunc etenim habent tacitam hypothecā ſicut habent alia legata, iuxta tex.in.l. 1.C.cōia de leg.& ita dicit tenere Bart.in.d.l.Lucius.& in.l.gaius. ff.de an.legat.& rationem dictę deciſionis dicit eſſe quia certa bona fuerunt ſpecialiter pro alimentis ſeu aliis annuis prę ſtationibus deſignata.nam illa ſpecialis deſignatio efficit ꝙ illa bona cenſeantur pro dictis ꝑſtationibus obligata: vt in locis ſupra adductis firmat Bart.maxime in.d.l.Lucius.in.d.l.fundus quem.& in.l.codicillis.§.inſtituto.ff.de leg.2.& hanc dicit fuiſſe opinionem gloſ. in.d.l.Lucius.in glo.in verſ.ex reddituu.ex quibus poteſt dici ꝙ fructus beneficii ex quibus ſolui mandatur annua penſio & ipſum beneficiū non ex eo obligati & hypothecati videantur pro ſolutione.

penſionis:quia penſio in cauſam alimentorum cedat. Sed quia pẽ/
ſio ſit annua preſtatio ex ſupradictis.& ideo ſiue pauperi ſiue di/
19 uiti reſeruetur,idem erit prout eſt in legato. †Nam legatũ alimen/
torum ſiue pauperi ſiue diuiti factum.cenſetur in piam cauſam fa
ctũ vt per doc.in.l.ſi certis annis vbi Alciatus.C.de pact. allegat
glo.in.l.ſi quis Titio.ff.de leg. 2. videmus enim ꝙ iſtæ gratiæ Pa
pales æquiperantur diſpoſitionibus teſtatorum, vt eſt expreſſum
in.c.quia in cunctis.de conceſ.præben.& in.c.ſi pluribus.de pben.
20 in.vi.Roma.conſil. 348 .quod eſt inſertum in.xxvii.q.ſupra.†Ve
runtamen eſt ꝙ penſio videtur regulariter in cauſam alimentorũ
cedere cum in literis reſeruationis penſionum ſemper dicatur, vt
commodius ſuſtentari valeas. Circa præmiſſa conſiderari poſ/
ſunt & decidi plura in his caſibus, in quibus dicamus penſionem
21 eſſe aſsignatam pro alimentis: † & primo circa penſionem pro ali/
mentis aſsignatam fieri non poterit aliqua tranſactio ſine auctori/
tate iudicis per tex.in.l.cum hi in principio.ff.de tranſac.vbi pro/
hibetur tranſigi ſuper alimentis relictis cauſa non cognita, & ſine
iudicis auctoritate.ad idem eſt tex.in.l.de alimentis.C.eo tit. Iſta
tamen intellige procedere in tranſactione,ex qua deterior fieret cõ
ditio eius cui alimenta debentur. Secus ſi eſſet tranſactum circa tẽ/
pus ſolutionis fiendæ:& ſic eo caſu quo illius cui alimenta deben/
tur conditio melior redderetur,tunc tranſactio bene fieri poſſet ſi/
ne auctoritate ſuperioris.d.l.cum hi.§.eam tranſactionem.& præ/
dicta procedant ſiue penſio eſſet aſsignata diuiti ſiue pauperi ob
cauſam alimentorum.d.l.cum hi.§.nihil.& ibi not. Bartol.in.§.
cum in annos.& iſta faciunt ad ea quæ ſupra dixi.q.45.in verſic.
Iſtam concluſionem.vbi dixi,ꝙ quando penſio fuit aſsignata pro
alimentis,non poteſt in perpetuum vel ad tempus remitti ſine au/
22 ctoritate ſuperioris. † Secundo eſt ſciendum, ꝙ quando fieret ex/
tinctio pẽſionis pro certis anticipatis ſolutionibus auctoritate ſu
perioris,de quo videbimus infra.q.87.tũc ad hoc vt ſciamus quę
quantitas licite ſolui poſsit pro extinctione huiuſmodi penſionis
erit conſideranda ætas & valitudo eius cui penſio ſoluitur: vt ſit in
23 alimentis.d.l.cum hi.§.modus quoq;.ff.de tranſac. †Tertio ſicuti
in cauſa alimentorum breuiores dantur dilationes.l.2.ff.de re iu/
di.& ibi Bart.col.penult.verſic. Item eſt aliud exemplum & idem
Bart.in.l.mella.de alimen.& cibar.legat.ita erit in cauſa penſio/
24 nis aſsignatæ pro alimentis. †Quarto ꝙ ſicuti in cauſa alimen/
torum procedi poteſt die feriato.l.2.ff.de fer.& not. Barto.in.d.l.

mella in fine etiam ſi ferie eſſent inductę in honorem dei.iſtud ta/
men procedit in alimentis quæ debentur iure naturæ vt a patre fi/
liis,& etiam in alimentis quæ ex teſtamento debentur quando qs
non haberet aliunde ſe aleret.ita concludunt docto. in dicta.l.2.ff.
de feri. Et ideo idem dicendum eſſet in penſione aſsignata pauperi
25 pro alimentis qui non haberet vnde aliter ſe aleret.† Quinto no/
tandum eſt ꝙ ſicuti in cauſa alimentorum in qua tranſigi non po/
teſt ſuper futuris alimentis niſi accedat auctoritas ſuperioris vt ſu/
pra dixi. Tranſactio facta ſine iudicis auctoritate iuramento fir/
matur,vt tenet Barto.in.l.ſi quis pro eo in fine princ.ff.de fideiuſſ.
& Imol.in.c.cum contingat vltimo folio de iure iurand. Cuma.
in dicta.l.ſi quis pro eo in principio.Alexan.in.l.qui Romæ.§.
duo fratres.colum.5 6.circa.v.quęſtionem Bart.ff.de verbo.ob/
liga. & hanc opinionem tenet Iaſon in.l.de alimentis colum.1.
verſic.an autem.Iſta tranſactio.C.de tranſac.Et idem tenet elegan
tiſsimus doctor domi.Andreas alciatus in.d.l.de alimentis & Ba/
ueria in tract.ſuo de virtute iuramenti verſic.quadrageſimo ſexto,
licet contrariam partem teneat idem Bart.in.d.l.cum hi circa fi/
nem princip.ff.de tranſact.& Bal.in.l.pactum quod dotali vltima
quæſtione.C.de collat.contra quos eſt opinio communis ſupra re
26 lata. † Ita erit dicendum in penſione aſsignata pro alimentis ſu/
per qua valebit tranſactio iurata etiam non accedente ſuperio/
ris auctoritate per prædicta de quo dixi etiam ſupra quæſtio/
27 ne.45.verſicul. Iſtam concluſionem. † *Sexto* ꝙ veluti in cau/
ſa alimentorum valet tranſactio ſuper præteritis alimentis non au
tem ſuper futuris cum ex illis pendeat hominis vita, vt dicunt
doctores. maxime Bald.& Salicet.in dicta.l.de alimentis, vbi Ia/
ſon in.1.colum.in fine. Nec tunc requiritur cauſæ cognitio & au
ctoritas iudicis. Ita dicendum erit in penſione dicta.l.de alimen/
tis.& vide ad hoc bonam gloſam in.c.ſi Epiſcopus.in verbo ad
præmiſſa de præbend.in.vi.& ibi Archidiaconus & Ioan.an/
28 dreas,& Philippus franch.in fina.colum.in fine. † Septimo dici
poteſt, ꝙ ſicuti quando tractatur de alimentis futuris cauſa eſt
ſummarie ſimpliciter & de plano tractanda & cognoſcenda.l.ſi
quis a liberis.§.2.de liber.agnoſcen. Secus ſi ageretur ſuper ali/
mentis præteritis: quia tunc ordinarie erit agendum: vt vo/
luit Albericus in dicta.l.cum hi.ff.de tranſactioni.in principio.
& Petrus de anchara.in clemen.1.de iure patrona. quos refert
& ſequitur Iaſon in dicta.l.de alimentis.colum.2.in principio.C.

de tranſac. Idem videtur dicendum, quando tractatur de exigenda
28 penſione futura. † Sed quando tractatur de exigenda penſione decurſa non ſoluta eſt diſtinguendum. quia aut penſionarius penſionem decurſam non ſolutam petit a rectore beneficii qui conſenſit illius reſeruationi, & tunc contra ipſum executiue proceditur intimatis ſibi prius literis reſeruationis penſionis. Idem erit quando agitur contra nouum poſſeſſorem beneficii grauati qui penſioni non conſenſit. ſed bene ſibi literę intimatę fuerunt: aut agitur pro penſione præterita contra hæredem defuncti poſſeſſoris beneficii grauati: & tunc agi debet via ordinaria, vt ſtilus curiæ Romane nos edocet & tota die videmus in practica ſeruari idem erit. Dicendum quando hæredes penſionarii defuncti agerent pro præteritis pēſionibus non ſolutis contra poſſeſſorem beneficii de quo vidimus ſupra. q. 39. & q. 43. vide quæ dixi infra. q. 71. vbi examinaui an litis conteſtatio requiratur in cauſa penſionis. An autem ſicuti appellatio nō admittitur in cauſa alimentorum futurorum, vt per doct. in d. l. de alimentis: vbi Iaſon. C. de tranſact. ita dicēdum ſit in cauſa penſionis, dicam infra. q. 95.

Penſiones decurſę non ſolutę an mortuo penſionario tranſeant in eius hæredes. Q. ō. lij.

1 *Succeſſor in beneficio eſt quaſi heres mortui.*
2 *Penſio non eſt eccleſiaſticum beneficium ſed quid profanum.*
3 *Penſio etiam laico aſſignari poteſt.*
4 *Penſionarius vſufructuario comparatur.*
5 *Alimenta prǽterita non ſoluta ad hæredes tranſmittuntur.*

QVinquageſimo ſecundo quæro, vtrum penſiones decurſæ non ſolutæ mortuo penſionario cui debebantur, tranſeant in eius hæredes & per eos exigi debeāt ſiue ſint hæredes ex teſtamento, ſiue ab inteſtato: circa iſtam quæſtionem videtur prima facie dicendum ꝙ non: quia clarum eſt ꝙ iſtæ penſiones imponuntur ſuper fructibus beneficiorum fructus autem beneficiorum etiam collecti, non tamen conſumpti, mortuo clerico beneficiato tranſeunt in ſucceſſorem in beneficio non in hæredes defuncti rectoris illius. † Nam ſucceſſor in beneficio eſt quaſi hæres
1 mortui capitulo conuenior. 23. quæſtione. viii. per quem tex. ita dixit gloſa in capitulo primo de ſolut. & ſucceſſor in beneficio

ſuccedit

ſuccedit etiam in acquiſitis intuitu eccleſię, vt habetur in.c. relatū per doct. de teſtam. hinc eſt ꝙ clericus de his teſtari non poteſt. d.c. relatum: & ibidem not. Abb. poſt alios col. 2. in verſi. nota & tene menti: ad idem eſt tex. in.c. cum vos de off. ordi. cum ſimilibus. Secundo facit quia beneficiatus non facit fructus ſuos. Sed tantum in eis obtinet ius canonice diſpēſandi.c. expedit. xii. q. 1.§. fi. Abb. in repet.c. cum eſſes col. antepenul. verſi. ex quo infertur de teſtamē. Iſtis tamen non obſtantibus contrariam ſententiam de iure veriorem eſſe arbitror, videlicet ꝙ ius exigendi pręteritas penſiones non ſolutas competat hęredibus clerici defuncti cui dicta penſio erat
2 reſeruata: ad quod tenendum moueor infraſcriptis mediis. † Et primo: quia penſio nō eſt eccleſiaſticum beneficium proprie, ſed quid profanum in mera temporalitate conſiſtens: vt per doct. vbi Fely. c. ad audientiam de reſcri. el. 2. & in clem. 1. vbi Card. Imol. & alii de ſupplen. negli. pręlat. & dixi ſupra. q. 1. & q. xxi. ergo acquiſitum ex penſione non dicetur acquiſitum ex beneficio eccleſiaſtico: & ſic de penſionibus decurſis clericus teſtari poterit. faciunt ea quę volunt doct. in. d.c. relatum de teſtam. vbi concludunt clericum poſſe
3 teſtari de iis quę non intuitu eccleſię acquiſiuit. † Secundo moueor: quia penſio quę non conſueuit pro beneficio eccleſiaſtico reputari pro vt ſunt hodie regulariter pēſiones etiam laico aſsignari poteſt: vt per doct. in.c. q̄uis vbi Archi. & Franch. in. 2. not. de prębē. in. vi. & per Imol. i. d. clem. 1. col. vi. verſi. quęrit Gulielmus de rebus eccle. non alienan. & per Bal. & poſt eum Felyn. in. d.c. ad audi
4 entiam el. 2. de reſcri. & dixi ſupra. q. 21. † Tertio moueor: quia pēſionarius videtur ęquiperari vſufructuario: extinguitur enim penſio morte penſionarii, ſicuti vſufructus morte vſufructuarii. §. finit autem inſti. de vſufr. ad quod faciunt dicta ſupra. q. 1. vſufructuarius autem fructus iam quęſitos ad hęredes tranſmittit tex. eſt notabilis in. l. defuncta. ff. de vſufr. Ideo pariter dicendum eſt, ꝙ penſiones decurſę non exactę ſed iam quęſitę penſionario defuncto tranſibunt ad eius hęredes. Quarto moueor: quia penſio aſsigatur penſionario vt commodius ſuſtentari valeat: & ſic videtur aſsignata ꝓ alimentis, vt late dictum fuit in proxima precedenti. q. & per Romanum in conſi. ſuo. 388. incipiente, in caſu propoſiti thematis. † Is autem cui factum eſt legatum pro alimentis decedens tranſ
5 mittit ius exigendi pręterita alimenta nō ſoluta ad ſuos hęredes. l. vti frui. § fin. ff. ſi vſufr. pet. l. fructus in fine cum. l. ſequenti. ff. de rei vendi. l. qui vſum fructū. §. fin. & l. quęſitum & l. defuncta. ff. de vſu

fru.facit tex.in.l.Libertis.§.1.ff.de alim.& cibar.legat.Ad idem faciunt que conſulendo dixit.Alex.in conſi.ſuo.xl.incipiente,perſpectis his,in fine in tertio volum.vbi concludit ꝙ penſiones decurſæ perceptis fructibus in vita vſufructuarii ſpectent ad illius hæredes Erit ergo expræmiſsis firmata concl.ꝙ pẽſiones decurſæ in vita pẽſionarii non exactæ tranſeunt in eius hæredes ſiue ab inteſtato,ſiue ex teſtamento; & ita ſæpe conſului, & Rotam iudicaſſe intellexi. Adde ꝙ hanc etiam concluſione inueni ſenſiſſe Paulum de Roma in tract.ſuo de penſ.in.viii.quæſito.in verſi.primo eccleſiaſtica pẽſio:vbi dixit ꝙ penſionis fructus lucrati per penſionarium dicũtur proprii & in illius dominium tranſeunt,& ab eo donari poſſunt: allegat tex.in.l.in edibus.§.vlt.ff.de donat. Ad allegata in contrariũ reſpondetur ꝙ procedunt in clerico beneficiato qui fructus beneficii etiam quæſitos non tranſmittit ad ſuos hæredes:penſio autem eſt pars fructuũ penitus a beneficio ſeparata:vt habetur ſupra quæſtione prima & ſic eſt quid diuerſum a beneficio ideo de beneficio ad penſionem nõ bene infertur.l.Papinianus exuli cum vulgarib⁹ ff.de minor.An autem & quando beneficiatus decedens fructus beneficii iam quæſitos ad ſuos hæredes trãſmittat: vel an ſucceſſori in beneficio reſeruentur:& quid in diſtributionibus quotidianis vide per Nicol.de vbal.in tract.ſuo de ſucceſ.ab inteſt.cleri. in verſiculo finita tandem cum reliquis verſiculis ſequen.

Penſio pro rata decurſi temporis an debeatur hęredibus penſionarij illo mortuo ante tempus deſtinate ſolutionis. Queſtio.liij.

1 *Fructus percepti ex beneficio poſt obitum locatoris debentur ſucceſſori in prælatura.*
2 *Penſio cuius fructus erant percepti debetur hæredibus defuncti penſionarij licet tempus ſolutionis non venerit.*
3 *Penſio pro rata fructuum perceptorum erit hęredum penſionarij.*
4 *Penſio iudicatur vt de fructibus iam perceptis.*

QVinquageſimo tertio quæro,ſi penſionarius qui debebat recipere penſionem in natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti mortuus ſit in menſæ ſeptembris, an penſio illius anni pro rata anni decurſi vel fructuum perceptorum ſuper qui-

bus ipſa penſio eſt conſtituta debeatur hæredi penſionarii. Iſtam queſtionẽ examinauit Caccialupus ſolennis Doctor in tracta. ſuo penſ. quæſtione vigeſima quinta in qua diſtinguẽdo dicit, ꝙ aut fructus ſuper quibus penſio erat conſtituta, erant iam percepti, & tunc debeatur hæredibus penſionarii: de quo vidimus in proxima præcedenti quæſtione. Aut dicti fructus non erant percepti, ſed tempore mortis penſionarii pendebant: & tali caſu tenet idem Caccialupus ꝙ tales fructus remaneant apud eccleſiam grauatam iam morte penſionarii liberatam a penſione: & circa hoc ita conſuluiſſe in quæſtione facti atteſtatur quoſdam Doctores: Bononienſes inter quos. Alexan. Imol. in ſuo conſilio quinquageſimo in primo volumine, quod incipit, Reuerendiſsimæ Domine voluit allegare conſilium Alexan. in ſecundo volumine. 157. incipiente, Reuerendiſsimæ Domine aduerte tamen quia Alexan. in d. conſilio de iſta vltima concluſione nil dicit. Sed bene prima concluſio ſupra firmata per Caccialupum fuit tenta per Alexan. conſilio quadrageſimo incipiente perſpectis hiis col. fina. verſiculo quatenus vero in tertio volumine.
1 † Vera tamen in ſe eſt ipſa concluſio per ea quæ volunt Abb. & Antonius de Butr. in capitulo final. ne prælat. vic. ſuas vbi concludunt, ꝙ ſi moriatur prælatus qui beneficium locauerat, fructus percepti poſt obitum locatoris, & penſio debita ratione fructuum poſt obitum perceptorum debeantur ſucceſſori in prælatura non hæredibus defuncti: de quo etiam late per Doctores in capitulo præſenti de officio ordina. in ſexto.
2 † Aut nondum venit dies penſionis exigendæ licet fructus quorum occaſione penſio debetur, erant iam percepti per debitorem dictæ penſionis: & iſto caſu dicit idem Caccialupus, ꝙ penſio debeatur hæredibus penſionarii defuncti. Nam hæredibus vſufructuarii debetur integra penſio cuius tempore vitæ vſufructuarii non ceſſerat dies ſolutionis, ſi fructus omnes quorum occaſione pẽſio ſoluebatur, erant iam percepti per penſionis debitorem. Iſtam concluſionem tenuit Alexan. in dicto ſuo conſilio. 157. in ſecundo volumine per tex. in dicta lege defuncta & lege Iulius. §. ſi fructibus & ibi Baldus. ff. de actio. empt. ad idem allegat Caccialupus Bart. poſt Dyn. in lege fina. ff. de iur. fiſc. dicens ꝙ ita vidit conſulendo reſponſum per famoſiſsimos Doctores Dominum Benedictum de benedictis, & Domi. Baldum de Bartholinis de Peruſio. in quæſtione vertente ſenis inter hæredes fructuarii & hoſpitale de ſcala proprietarium prædii de cuius fructibus & pẽſione agebat.

3 † Quid autem dicendum ſit, quando pars fructuum eſſet iam collecta tempore mortis penſionarii, pars autem eſſet colligẽda & adhuc penderet dicẽs ꝙ ꝑ rata fructuum perceptorũ penſio erit hęredum penſionarii pro alia vero rata fructuum pendentiũ penſio erit proprietarii. allegat tex. in. d. l. defuncta. & in. d. l. Iulianus. §. ſi fructibus. & Salic. in. l. fructus. vbi latiſſime loquitur. C. de act. emp. qui loquitur in emptore & venditore. Ego adduco deciſionẽ Alex. in conſil. ſuo. xl. incipiente, Perſpectis his col. fin. verſic. Quatenus vero in. 3. volu. vbi Alex. quęrit, An penſiones nondum perceptę per hęredem pro fructibus pendentibus vel perceptis ſpectent ad fideicõmiſſarium: & decidit ꝙ pro rata perceptorũ fructuum & collectorũ penſio ſpectet hęredibus eius qui grauatus fuit de reſtituẽda hęreditate: † quia de ipſa pẽſione iudicatur, vt de fructibus iam
4 perceptis. allegat text. in. d. l. defuncta. & Bart. in. l. fin. §. frui. ff. de iur. fiſc. & doct. in. l. iulianus. §. fructibus. ff. de act. emp. & Salic. in d. l. fructus. vbi diſtinguit in fructibus eiuſdem anni partim perceptis & partim non, dicens ꝙ pro rata perceptorũ fructuum iudicandum eſt de penſione ac ſi percepta eſſet. Idem ſenſit Roma. qui tamen loquitur in emptore in conſil. ſuo. x. faciunt late tradita per doc. in. l. diuortio. ff. ſolut. mat. & ibi copioſe inter alios per domi. Vincentiũ herculanũ Peruſinum pręceptorem meũ triennalẽ doctorẽ celeberrimũ & admodũ vtilem qui ibidem in. 1. colum. in. 2. not. dicit, ꝙ appellatione fructuum veniunt penſiones: & ſicuti in fructibus fit diuiſio pro rata anni quo matrimoniũ durauit. ita dicendum erit in penſione. Quid autem dicendum ſit, quando penſio fuiſſet percepta & exacta per penſionariũ ante tempus perceptorũ fructuũ per eccleſiam grauatam ad illius ſolutionem ſuper ipſis fructibus, vtputa quia id factum fuiſſet contemplatione penſionarii indigentis: vel quia terminus ſolutioni appoſitus precedebat tempus colligendorũ fructuum ex inordinata conſtitutione penſionis. in hoc articulo dicit Caccialup. in. d. q. ſubſiſto propter varias opiniones relatas per Salic. in dicto. §. ſi fructus. & in. d. l. fructus. C. de actio. emp. ſubdens, ꝙ ratio bonefidei hunc caſum regat: & habeatur ratio: eorum quę ſupra dicta ſunt in aliis caſibus, vt in vtroq; ſit paritas, viciſsitudo, & quędã correlatio. arg. tex. in. c. fin. de trãſac. per quem dixit Bal. in. l. eden. col. 2. C. locat. ꝙ vbicũq; ius ſcriptum non habemus, debemus ęquitatem ſequi quę ex naturali iuſtitia conſtat, & naturalibus inſtrumentis. l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de excu. tut. & quando aliquid committitur nec reperitur lex.

quæ ſtatuat quid agendum. Tale negocium videtur commiſſum iuxta æquitatem, vt dicit colligi ex dictis per Salicet. in. d. l. fructus, vbi Salic. aſsignat palpabilem rationem: videlicet ꝙ penſio licet prius ſoluta fuerit, tamen ſoluta fuit habito reſpectu ad fructus percipiendos & propterea tali caſu dicit habendam rationem & reſpectum ad fructus, vt ad illum ſpectet penſio ante tempus ſoluta ad quem ſpectare debet penſio tempore mortis penſionarii nondum ſoluta nec exigibilis: vt ſic penſio loco fructuum ſurrogetur. adducit Bal. in. l. 1. C. de vſur. & fruc. lega. dum allegat Hieronymum furioſi de mattarellis.

Penſio vtrum extinguatur per contractum matrimonij. Quæſtio. liiij.

1 *Penſio aſſignata laico pro ſeruitio temporali vel propter eius benemerita non expirat per contractum matrimonii.*

2 *Penſio data propter benemerita vel propter ſeruitium temporale reuocari non poteſt per ſucceſſorem.*

3 *Penſio aſſignata clerico in minoribus conſtituto an vacet per contractũ matrimonii.*

4 *penſio quæ aſſignatur clerico reſignanti beneficium per contractum matrimonii vacat.*

5 *Penſio aſsignata in titulum beneficii, vacat per contractum matrimonii.*

5 *Penſio titulata quam habet clericus in ſacris conſtitutus vacat contracto matrimonio.*

Penſio aſſignata clerico conſtituto in ſacris, an vacet per contractum matrimonii.

6 *Matrimonium per verba de preſenti requiret vt vacet penſio.*

7 *Penſio & beneficium non vacant per ſponſalia de futuro.*

8 *Penſio quæ vacauit per matrimonium ſponſa religionem ingrediente, an reuiuiſcat.*

9 *Penſio ſi matrimonium non tenuit an extinguatur.*

10 *Collatio beneficii facta furioſo non tenet.*

11 *Clericus perdit beneficia etiam ſi matrimonium non tenuit propter ordines ſacros.*

12 *Papa diſpenſare poteſt penſionarium vt matrimonio non obſtante poſſit retinere penſionem.*

QVinquageſimo quarto quæritur, vtrum penſio extinguatur per contractum matrimonii. Iſtam quæſtionem breuiter & reciſe ſatis examinant doct. Ideo ipſam latius diſcurrendam putaui. Circa quam reperio ꝙ Lauren. quem refert & ſequitur Cardi. in clemen. 1. §. 1. in verſic. Sexto quæro de ſupplen. negli. prælat. tenuit ꝙ penſio per contractum matrimonii non extinguatur. & idem tenet ibidem Imol. colum. 3. verſic. Quid ſi penſionarius in quibus locis concludunt, ꝙ quãdo penſio non fuit aſſignata in beneficium eccleſiaſticũ, ſed pro officio vel ſeruitio temporali, vt pro pulſando campanas vel ſimilibus, ꝙ eo caſu per contractum matrimonii non vacet. & ita tranſit breuiter admodum loquens. In iſta. q. Caccialupus in tract. ſuo de penſio. q. xv. dicens, videndum eſſe Card. in clemen. 1. q. xviii. de reb. eccl. non alienan. Vt autem iſta quæſtio diffuſius examinetur, diſtinguendum puto, ꝙ aut quærimus de penſione laico aſsignata: aut quærimus

1 de penſione aſsignata clerico. † Primo caſu vtiq; dicendum eſt, ꝙ ſi laico benemerito de eccleſia vniuerſali vel particulari aſsignata fuit, quod fieri poteſt iuxta terminos in quibus conſuluit Oldra. in conſil. ſuo. 226. incipiente, quidam Epiſcopus, dummodo fiat in quantitate moderata. vt inquit idem Oldra. ibidem. ſiue aſſignetur penſio laico ratione ſeruitii impenſi vel impendendi vtputa aduocato pro patrocinio & defenſione iuxta tradita per doctores in clemen. 1. de reb. eccle. non alienan. vel pro officio temporali, vtputa pro pulſandis campanis claudendis foribus eccleſiæ vel monaſterii, & iſto caſu dicendum eſt per contractum matrimonii non extingui penſionem: & ita procedat doctrina Laurẽ. & aliorum ſupra relata, & hanc opinionem inuenio tenuiſſe Guiliel. in dicta clemen. 1. de rebus eccle. non alienan. quem refert & ſequitur ibidem Imol. colum. vi. in verſic. Sed nunquid aduocatus vbi concludit, ꝙ ſi aduocato aſsignata ſit penſio in fructibus decimarum vel aliorum bonorum eccleſiaſticorum per ſuperuenientiam coniugis eam non amittet: quia non fuit ſibi aſsignata in titulum beneficii. allegat tex. in. c. poſſeſsiones. xvi. q. 1. & tex. in. c. quicunq;. xii. q. ii. & Iſtam concluſionem tenuit Cardi. in. d. clemen. 1. de re-

2 bus eccle. non alienan. q. xviii. † Quinimmo talis penſio reuocari non poterit per ſucceſſorem illius monaſterii ſuper cuius bonis fuit aſsignata, ita concludunt doctores in locis ſupra allegatis faciunt quæ tradunt docto. poſt Bart. in. l. cum quid. ff. ſi cert. peta. & dixi late infra. q. 68. Verum tamen eſt ꝙ penſio aſsignata aduo-

cato pro patrocinio & defenſione præſtandis in cauſis illius mo-
naſterii, ſuper cuius bonis fuit aſsignata & aduocatus ille inſuffi-
ciens poſtmodum reperiretur ad patrocinium præſtandum tali ca-
ſu non ſolum per ſucceſſorem, ſed etiam per illum qui penſionem
prędictā aſsignauit poterit ei adimi ipſa penſio vt concludit Bar-
tol.in.l.cum quid in fine.ff.ſi cert.peta. Aut fuit penſio aſsignata
clerico & tunc eſt diſtinguendum, ꝙ aut fuit aſsignata ſimplici cle-
3 rico aut aſsignata fuit clerico in ſacris cōſtitutū.† Primo caſu quā
do fuit aſsignata clerico conſtituto in minoribus ordinibus dicen
dum erit, ꝙ ſi ſit aſsignata pro ſeruitio vel officio temporali, vtpu
ta vt ſit campanarius, vel eccleſiæ cuſtos & ſimilia, & tunc dicen-
dum erit, ꝙ per contractum matrimonii penſio non vacet per not.
per Laur. Cardi.& Imol.in.d.clemen.1.§.an eadem de ſupplen.ne
gli.prælat.& in.d.clemen.1.de reb.eccl.non aliena n.& ſic illo caſu
idem erit quod in caſu precedenti. Eccleſia enim in tali caſu per cō-
iugis ſuperuenientiam non fraudabitur ſeruitio eius, cui penſio-
nem aſsignauit:& idem erit quando ob benemerita fuit aſsignata
penſio per ſupradicta. Adde ꝙ iſto caſu procedunt dicta per ℞. Go
meſium Rotę auditorem in commento regul.cancel.de anal.poſ.
quæſtione.21.vbi dixit per cōtractum matrimonii penſionē non
4 vacare.† Aut talis penſio fuit aſsignata clerico non in titulum be-
neficii, ſed loco beneficii, vtputa quando clericus reſignauit be-
neficium, vel ceſsit iuribus quæ in beneficio habebat, & obti-
nuit ſibi ſuper illius fructibus reſeruari annuam penſionem, ne
ex reſignatione aut ceſsione huiuſmodi nimium diſpendium pa-
teretur. vel Papa alicui clerico motu proprio ſuper fructibus be-
neficii penſionem reſeruauit, vt ille commodius ſuſtentari va-
leat: & iſto caſu penſio per contractum matrimonii extingui-
tur: quia clericus in minoribus conſtitutus deſinit eſſe clericus,
& priuilegium clericale amittit in omnibus præterquam in duo-
bus, de quibus in.c.1.de cleric.coniugat. in. vi. videtur enim
tali caſu penſio loco beneficii ſubrogata. Nec eſt dubium, ꝙ
ſubrogatum naturam ſapit eius, in cuius locum ſubrogatur. l.
ſi eum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis caut. Baldus in.l.parrabo-
lani.C.de epiſcop.& cleric.& ita ſenſit etiam Caccialupus in
tractatu ſuo penſio.quæſtione.xxx.& vltima.in verſiculo. Et
pro declaratione materiæ, & iſtam partem amplectitur Curia
Romana, & mihi in facto accidit: quia poſtquam matrimo-
nium contraxi, amiſi quaſdam penſiones mihi tunc vti clerico

in minoribus conſtituto per felic.recor.Clemẽtem.vii.reſeruata s.
Quando autem appareret ex tenore literarũ aſsignationis talis pẽ-
ſionis ꝙ Papa voluerit illam penſionem durare toto tempore vitæ
penſionarii,etiam ſi vt laicus in poſterum ſe haberet: tunc eſſet ſe-
cus dicendum.ad quod vide Caccialup.in prędicto ſuo tracta.q.
5 xxx. †Aut penſio erat aſsignata clerico in titulum beneficii iuxta
not.in.c.conquerente.de cleric.non reſiden.& tunc idem dicendũ
eſt,ꝙ penſio vacet per contractum matrimonii.c.quod a te de cle-
ri.coniuga. Laurentius tamen dicebat ꝙ beneficium ſimplex aſsi-
gnatum etiam in titulũ clerico pro patrocinio præſtando non va-
cabat per contractum matrimonii, dummodo nõ fieret bigamus
& alias clericaliter viueret.Sed eius opinionem reprobat Card.in
d.clemen. 1 .q.xviii.de reb.eccl.non alien.Tali enim caſu penſio di-
citur & eſt eccleſiaſticũ beneficium:vt dictum fuit ſupra.q. 1 .hinc
eſt ꝙ contracto matrimonio vacabit:vt per doc.in.c. 1 .de cler.cõ-
iug.in.vi.vbi dicunt, ꝙ clericus matrimonium contrahens facit
actum contrarium clericatui,& propterea videtur renunciare be-
neficio,& illud habere pro derelicto.argu.tex.in.c.tranſmiſſam,de
renun.&.c.cum renũciatur. 3 2.q. 1 .idem dicit Abb.in conſi.7 4.
5 in. 2.volu. †Aut ſumus in clerico in ſacris ordinibus cõſtituto ma-
trimonium de facto contrahente,& tunc ſi talis clericus habebat
penſionem intitulatam quę eſt beneficium,& illa erit ipſo iure pri-
uatus ſm opinionem Ioan.and.in.d.c. 1 .de cleri.coniugat. Secũ-
dum vero opinionem glo.in.d.c. 1 .erit priuandus per ſententiam:
cuius opinionem tenuit idem Io.and.ſibi contrarius in.c.Ioannes
eod.tit.quem ſequuntur Imol.Butrius & Petr.de ancha.in.d.c. 1 .
Aut talis clericus habebat penſionem non intitulatam: & tunc ſi
illam habebat propter eius benemerita, vel pro pręſtando patro-
cinio: quia erat doctor & tali caſu penſio non extinguetur ex con-
tractu matrimonii per ſupradicta in ſimplici clerico. Aut obtine-
bat pẽſionem ſibi aſsignatam ſuper beneficio quod reſignauit vel
ex eo ꝙ ceſsit iuribus ſuis vel liti & cauſæ vt fit tota die.& eo caſu,
ex quo matrimonium non tenuit,& talis cogatur vxorem dimit-
tere nec propterea efficiatur laicus ſed remaneat illa qualitas cleri-
calis & ſacerdotalis: vt per docto.in.d.c. 1 .de cleri.coniuga.in. vi.
Ideo videtur decidi poſſe ꝙ penſionem non amittat:quia non prę-
ſtat impedimentum,quod de iure non ſortitur effectum.c.non prę-
ſtat.de regul.iur.in.vi.cogita tamen quia malo probabiliter dubi-
6 tare q̃ temere diffinire. † Intellige ſane prædicta vbicũq; dixi pen-
ſionem

ſionem extingui per contractum matrimonii vt procedant quan/
do matrimonium contractum fuit per verba de preſenti: ita con/
cludunt domini de Rot.deciſio.481. in antiquis, & deciſio.26.
in nouis incipiente ſi impetratur vbi concludunt, ꝙ impetrans be/
neficium vacans per contractum matrimonii debet probare con/
tractum per verba de preſenti nec requiritur probatio conſumatio
nis matrimonii. tunc enim quando clericus matrimonium con/
trahit, exercet actum clericatui contrarium. ideo beneficio renun/
ciaſſe dicitur; & illud habuiſſe pro derelicto. arg.c.tranſmiſſam. de
renun.&.c.cum renunciatur. 32.q.1.& ita dixit Abb.in ſupra alle
gato conſil.ſuo.74.in.2.volu.& ita concludunt omnes docto. in
7 d.c.1.de cleri.coniuga.& Domi.& alii in.c.1.eo.tit.in.vi. † Si au
tem clericus contrahat ſponſalia de futuro, tunc penſio non extin/
guitur cum eo caſu beneficia non vacant. ita concludit Rot.deciſ.
prædicta & doct.in.d.c.1.& adducunt rationem: quia ſicuti p ade
ptionem ſecundi beneficii non vacat primũ niſi quis plene ſit trãſ/
latus ad ſecundum: vt in.c.in cunctis.de elect.& in.c.cõmiſſa eod.
tit.in.vi.ita per contractum ſponſaliorum cum eo caſu non ſit ple/
ne tranſlatus. facit: quia ſponſa proprię non eſt vxor, ſed promiſſa:
vt notatur in rub.de ſponſal.ad idem facit tex.in.l.ea quę.ff.de ma
nu.vbi dicitur ꝙ mulier quę tñ ſponſalia contraxit domicilium,
8 mutaſſe non dicetur. † An autem clericus qui matrimonium con/
traxit, & propterea penſionem perdidit illam recuperet, ſi ſpõſa an/
teq̃ ab eo carnaliter cognoſceretur ingrediatur religionem: & di/
cendum eſt ꝙ non. argumento eorum quę dicunt doctores in di/
cto.c.1.de cleri.coniugat.vbi Abb.in.2.colum.verſic. Sed dubi/
tatur & in dicto.c.1.eod.tit.libro.vi. Vbi dicunt, ꝙ tali caſu cle/
ricus non recuperat beneficia: quia ius ſemel extinctum nunquam
reuiuiſcit. licet ceſſet cauſa extinguens.c.q̃ periculoſum.vii. quę/
9 ſtione.1.&.c.quæris.de conſecra.diſtinctione.iiii. † Quid autem
dicendum ſit, quando matrimonium contractum per clericum nõ
tenuit, an penſio extinguatur recurrendum eſt ad pulchram diſtin
ctionem Io.andr.in.c.Ioannes.de cleri.coniug.col.penul. verſi.de
ſecundo cum quæris, vbi quærit an clericus contrahens matrimo
nium quod non tenuit ſit priuatus beneficio: & diſtinguit quod
aut matrimonium ob defectum conſenſus non tenuit, aut ob aliã
cauſam.& ſi ob aliam cauſam, an ſolum propter ordines clerici aut
propter aliud impedimentum. Primo caſu aut defectus conſen/

ſus proceſsit ex parte clerici contrahentis, aut ex parte mulieris, cum qua contrahebat. Et vtroq; caſu ſubdiſtinguit, ꝙ aut defectus conſenſus procedebat ab ætate, aut a furore, aut a metu illato, ſi ab ætate, vt quia clericus minor annis quindecim beneficiatus matrimonium contraxit per verba de preſenti, & eo caſu cum iuris interpetratione intelligantur ſola ſponſalia de futuro. c.vnico.de ſponſ.impub.libro.vi.& iſto caſu dicit Ioan.andr.beneficia non vacare:& idem ſit ſi defectus ætatis erat ex parte mulieris. ſicuti enim per promiſsionem quam faceret de profitendo ipſius beneficia non vacarent niſi tacita vel expreſſa profeſsio interueniret.c.beneficium.de regul.in.vi.Et ſicuti per acceptionem ſecundi beneficii curati non vacat primum etiam curatum niſi ſequatur poſſeſsio vel per ipſum ſtet quominus illam conſequatur c.licet.de præben.in. vi. ſic nec per ſolam promiſsionem de matrimonio contrahendo dicit Ioann.andr.dicam beneficia vacare. Aut defectus conſenſus procedebat a furore: & tunc ſi a clerico furor procedit,& eſt expeditum ꝙ beneficia non vacãt: quia etiam tunc profitendo non obligaretur.c. ſicut de regul.c. dilectus. de ſpon.talis enim non poteſt etiam teſtari.c.fin.de ſucceſ.ab inteſt. l. furioſum.C.qui teſtam.facer.poſ.l.in aduerſa.ff.de teſtam.cũ ſimi. Nec collatio beneficii facta furioſo continuo furore agitato valet immo pro non facta habetur.ſecus quando habet dilucida interualla vt per Bonifac.in clemen. 1.de homi. col.vi.numero.57.&

10 nume.58.† Si autem defectus cõſenſus procedebat a furore mulieris: eo caſu dicit Ioann.andr. licet non ſit vere matrimonium: nec etiam inducat publicam honeſtatem.c.vnico.de ſponſ.in.vi. tamen dicit ꝙ videtur quod iſto caſu clericus perdat beneficia: quia ipſe tali caſu videtur feciſſe quod potuit, ſubdens ꝙ æquius eſt dicere ꝙ beneficia non perdat ſicuti ſi contraxiſſet cum imagine quadam vel dormiente. Aut matrimonium fuit nullum ex defectu conſenſus metu preſtiti, qui in conſtantem cadere poterat: & tunc idem dicendum erit ꝙ beneficia non amittat. allegat tex.in.c.

11 veniẽs.&.in.c.id quod.quod met.cau.† Quando aũt matrimoniũ tenet ex conſenſu ſed ob aliam cauſam non valet, vtputa propter ordines ſacros contrahẽtis:& tunc dicit, ꝙ clericus perdere debet beneficia & iſto caſu dici poſſet, ꝙ perderet etiam penſionem, licet penſio non ſit beneficium: tamen cogitandum relinquo vt ſupra dixi. Aut matrimonium non tenuit quia contractum fuit cũ con

ſanguinea & tunc clericus perdit beneficia; quia apparet ꝙ voluit
omnino mutare vitam ſuam, & fecit quantum in ſe fuit vt contra-
heret. ita dicit Ioan. andr. quem ſequitur Barba. in conſil. xi. in. 1.
volum. colum. vlti. in princip. & diſtinctionem Ioan. andr. ſequi-
tur Abb. in. c. 1. de cleri. coniugat. colum. 2. & Imol. in. d. c. Ioan-
nes. col. penul.. verſic. octauo. Tangit & ibidem Cardi. col. penul.
q. xi. & Petr. de ancha. colum. vlt. Ex qua diſtinctione facile poſſu-
mus decidere quid dicendum ſit in penſione ſtante ſtilo Curię, ꝙ
eo modo quo vacat beneficium per contractum matrimonii extin-
12 guatur penſio. † An autem in caſibus in quibus dictum fuit ſupra
ꝙ penſio extinguitur per contractum matrimonii Papa diſpenſare
poſſit, ꝙ penſio non extinguatur decidi poſſe, hoc videtur ex di-
ſtinctione & doctrina tradita per Ioan. de imol. in. c. diuerſis. colū.
2. verſic. Sed aduerte de cleri. coniugat. & per docto. in. d. c. 1. eod.
tit. vbi deciditur an clericus coniugatus diſpenſari poſſit vt matri
monio non obſtante beneficium habere poſſit & eſt clarū ꝙ Papa
talem diſpenſationem facere poterit cum penſionario.

Penſio an extinguatur ſi penſionarius fiat miles. Quæſtio. lv.

1 *Clericus factus miles ſeculi deſinit eſſe miles dei.*
2 *Clericus militans an beneficium amittat.*
3 *Clericus militans & enormibus ſe immiſcens ſi monitus non deſiſtat perdit priuilegium clericale.*
4 *Penſio regulariter per militiam non perditur.*
5 *Penſio quę datur loco beneficii quando per militiam perdatur.*

QVinquageſimo quinto quæro, ſi penſionarius miles fiat,
vtrum penſio extingnatur. Iſta quæſtio intelligenda eſt in
clerico non in laico. Nam in penſione aſsignata laico eſt
expeditum, ꝙ per militiam non extinguitur, quo autem ad cleri-
1 cum. Ioan. and. in. c. fin. de cleri. coniuga. † dicit ꝙ clericus factus
miles ſeculi deſinit eſſe miles dei: & eum ibidem ſequuntur docto.
& propterea videtur ſentire ꝙ talis perdat beneficia. Idē ſentit ibi-
2 dem Card. ſubdēs, ꝙ videtur dicendū. † ꝙ ſicuti p matrimonium,
ita per militiam clericus beneficium perdat, cum per aſſumptio-
nem armatæ militiæ clericali renunciare videatur; ſicuti quando

matrimonium contrahit.d.c.1.de cleri.coniugat. Iuncto.d.c.fin.
facit glo.in.c.qualiter in glo.1 de cleri.nõ reſidēt:vbi glo. cõiugiũ
& militiam æquiperat idem dicit Compoſt.in.c.1.col.3.verſi.ſed
de milite de regul.iur.Idem voluit Barbatia in conſilio.xi.col.fin.
in.1.volu.verſiculo prætrea facit, allegat glo.in.c.fin.de cleri.non
reſid.& laure.in.c. extunc eo.tit.& dicit ꝙ eſt communis opinio ſe
cundum Imol.in.d.c.fin.Florianus autem in.d.c.fina.contrarium
tenuit,ꝙ immo clericus militans beneficium non amittat:quia in
iure hoc non eſt ſancitum:dicit enim in iure longam eſſe differenti
am hoc caſu inter matrimonium & militiam:quia in matrimonio
quis ab eo recedere non poteſt,& redire ad vitam clericalem & ordi
nes.Sed ſi clericus miles fiat,poteſt pœnitere & habitum clericalẽ
reaſſumere,& ideo dicit ꝙ videtur quod clericus tali caſu beneficiũ
non perdat:ſicuti nec contraheñs ſponſalia, vt fuit dictum in pro-
xima præcedenti.q.Imol.autem in.d.c.fin.dicit,ꝙ opinio Floria.
ꝓcedere poſſet,quando clericus licet ſit factus miles non immiſcet
ſe negociis ſecularibus ſeu militarib⁹:& ſic videtur ſentire:ꝙ ſi cle-
ricus immiſceat ſe negociis militaribus miles factus beneficium
amittat.Quid dicemus in penſione?dicerem ꝙ ſi penſio fuit ei aſsi
gnata non in titulum beneficii ꝙ eo caſu illam non amittat per mi
litiam etiam ſi ſe imiſceat enormibus dum tamen non fuerit moni-
3 tus. † Quia ſi eſſet monitus vt a militia deſiſteret,& a comiſtione
enormium ſe abſtineret,& id non faceret: eo caſu perdit priuilegiũ
clericale:vt per doct.in.c.ſicut te vbi Abb.col.1.verſi.ſi vero extra
ne cleric.vel mona.& per Cepollam cõſi.ſuo.xi.incipiente, caſus ta
lis eſt.Aloyſius ideo tali caſu putarem ipſum perdere etiam penſio
nem,ſicuti ſupradictum fuit de eo qui matrimonium contraxit,in
4 proxima præcedenti quæſtione. † Quod autem per militiam re-
gulariter penſio nõ amittatur,tenuit Laur.Cardi.& Imol.in clem.
1.§.eadem de ſuppleñ.negli.prælat.vbi concludunt,ꝙ quando pẽ
ſio eſt aſsignata clerico pro temporali ſeruitio, ſeu officio iam im-
penſo vel impendendo,tunc non extinguatur per militiam:ſecus ſi
fuit aſsignata penſio in titulum beneficii. Nam cum eo caſu pro-
prie beneficium ſit vt dictum fuit ſupra.q.1.& not.in.c.conqueren
te de cleri.non reſidēt.vacat eo modo quo dictum fuit ſupra in iſta
vltima concluſione, ꝙ per militiam penſio nõ extinguatur.reſidet
ſimpliciter Caccialupus in tract.ſuo de penſ.q.xv.ſequẽdo opinio
5 nem Laur.Cardi.& Imol.in ſupra allegatis locis. † Notandum

tamen eſt quod eo caſu quo dixi per militiam penſionem extingui, intelligendum eſt de penſione quę datur loco beneficii, vtputa quãdo reſeruata fuit illi qui beneficium dimiſit, vel iura ſua ceſsit, vt dictum fuit in proxima precedenti. q. de clerico qui matrimonium contraxit in verſiculo aut ſumus in clerico in ſacris: & in verſiculo: aut fuit penſio aſsignata. Secus autem eſſet dicendum in penſione aſsignata pro ſeruitio impenſo vel impẽdendo: quo caſu procedant dicta per doct. in. d. clem. 1. §. eadem.

Penſio an extinguatur per promotionem ad epiſcopatum. Queſtio, lvi.

1 *Penſio aſſignata pro ſeruitio impenſo vel impẽdendo non vacat per promotionem in epiſcopum.*

2 *Penſio aſſignata ex cauſa reſignationis vacat per promotionem ad epiſcopatum.*

3 *Beneficia conſecrati in epiſcopum per munus conſecrationis vacant.*

4 *Beneficia promoti ad epiſcopatum vacant lapſo termino ad petendum conſecrationem.*

5 *Penſio an vacet per promotionem in Abbatem.*

QVinquageſimo ſexto quęro, quando penſionarius in epiſcopum conſecratur, an penſio quæ fuerat ſibi reſeruata ſuper fructibus, redditibus & prouentibus alicuius beneficii eccleſiaſti ante eius promotionem ad epiſcopatum extinguatur. In hac quæſtione Laurẽ. in clem. 1. §. eadem de ſuplen. negli. prælat. quem refert & ſequitur ibi Cardi. tenuit penſionem non extingui, quando penſio non eſt beneficium eccleſiaſticum, ſed ſolum pro tẽporali commodo aſsignata: & Cardi. ibi. q. 4. remittit ſe ad hoſtiẽ. in ſumma de vit. & honeſt. cleri. & de cleri. non reſi. & ita tenuit Caccialupus ſolennis doctor in tract. ſuo penſ. q. xv. allegans Butrium idem tenere in. d. clem. 1. §. eadem & Imolam ibidem qui tamen Imol. hanc quæſtionem non ponit, ſed ſolum quærit, nunquid pẽſio vacet, ſi penſionarius fiat miles vel matrimonium contrahat? Quid tenendum in hac quæſtione in qua præfati doctores ita ſic co (vt aiunt) pede pertranſeunt. Ego pro reſolutione diſtinguendũ
1 puto, ꝙ. † Aut loquimur de penſione aſsignata pro ſeruitio impẽſo aut impẽdendo, vtputa pro pulſando campanas vel quid ſimile:

& tali caſu penſio per conſecrationem in epiſcopum non vacet: & ita procedat opinio Lauren. Cardina. Butri. & Caccialupi ſupra re
2 lata. † Aut loquimur in penſione aſsignata alicui clerico ex cauſa reſignationis, vt puta, quia habens beneficium illud renunciauit in manibus Papę, & obtinuit ſibi reſeruari ſuper illius fructibus annuam penſionem: vel ceſsit iuri liti & cauſæ litigans ſuper aliquo beneficio ad fauorem collitigantis obtinendo ne ex ceſsione huiuſmodi nimium diſpendium paciatur ſibi penſionem ſuper illius fructibus aſsignari, quo caſu non eſt dubium, ꝙ penſio videtur ſuccedere loco beneficii, & iſto caſu puto penſionem extingui per mu
3 nus conſecrationis. † Et moueor, quia tali caſu vacant beneficia conſecrati: tex. eſt in capitulo cum in cunctis. §. cum vero de elect. & ibi latiſsimæ per docto. & conferri poſſunt per eum ad quem eorum collatio ſpectat: vt dicit ibi tex. immo tali caſu beneficia dicũtur ipſe iure vacare, vt tenuit Abb. in. d. §. cum vero. In vltimo nota. col. prima & idem Abb. conſilio. 101. Calder. conſilio primo de tranſlat. prælator. dicit tamen Abb. ibidem quod curia Romana ſtatim quod aliquis fuit denominatus per Papam in epiſcopũ immediate confert illius beneficia tamquam vacantia non expe
4 ctata conſecratione. † Sciendum tamen eſt, ꝙ licet beneficia promoti ad epiſcopatum de iure non vacent niſi ſecuta conſecratione tamen lapſo termino trium menſium electo aſsignato ad petendam conſecrationem, etiam ꝙ conſecratus non ſit, beneficia vacant: vt dicit tex. in. d. c. cum in cunctis. §. cum vero: vbi Abb. in ſecunda colũ. verſiculo in gloſa in verbo decurſo de elec. & per Oldra. conſilio ſuo. xiiii. incipiente, cum quæritur an beneficia Hoſtieñ. in ſumma de elect. §. quo tempore: verſiculo quid autem & per Ioan. Frã. Pauinum audit. rotæ in trac. ſuo de off. & poteſt cap. ſede vacant. q. ix. & licet penſio non ſit eccleſiaſticum beneficium vt vidimus ſupra. q. 1. tamen in caſibus præmiſsis beneficii loco ſuccedit vt dixi ſupra. q. liiii. & iſtam opinionem amplectitur vt audio Romana curia, ꝙ ſicuti beneficia promoti ad epiſcopatum vacant: ita vacet penſio niſi ei ſit a Papa indultũ, ꝙ ſimul cum epiſcopatu quaſcũq; annuas penſiones per antea ei aſsignatas ſuper fructibus beneficio
5 rum retinere poſsit vt ſepe factum vidi. † Quid autem ſit dicendum in promoto ad aliquam Abbaciam, Oldr. in conſi. ſuo. xiiii. ſupra allegato conſulendo decidit, ꝙ eius beneficia dicantur vacare poſt adeptam pacificam poſſeſſionem Abbaciæ, licet nondum

ſit in Abbatem benedictus idem voluit Paulnus in ſupra allegato tract.ſuo col. 3 .verſi.& dicitur etiam ſedeſ.Ideo idem erit in penſio ne ſibi reſeruata ante eius promotionem ex cauſis ſupradictis.

Penſio an extinguatur per ingreſſum religionis. Queſtio. lvij.

1 *Penſio vſufructui comparatur.*
2 *Vſufructus non extinguitur per ingreſſum religionis.*
3 *Vſufructus quem pater habet in bonis aduenticijs filij an extinguatur per religionis ingreſſum.*
4 *Feudum per ingreſſum religionis an tranſeat in monaſterium vel vacet.*
5 *Ius patronatus tranſit in monaſterium ſi patronus religionem ingrediat.*
5 *Beneficia ingreſſi religionē facta profeſſione vacant.*
6 *Penſio venit appellatione beneficij lato ſumpto vocabulo.*
7 *Minor ingrediens religionē non amittit penſionem niſi adueniente maiori etate & facta profeſſione.*
8 *Penſio quo caſu vacet quādo maior annorum.xiiii.religionē ingredit.*
9 *Vſufructus fauore religionis in monaſterium tranſit.*
10 *Monaſterium loco filij habetur.*

QVinquageſimo ſeptimo quæro, an penſio extinguatur ſi
penſionarius religionem ingrediatur. In iſta quæſtione di
cendum videtur penſionem non extingui: quia, vt vidi-
1 mus ſupra quæſtione prima. † Penſio vſufructui comparari vide
2 tur:& dixi ſupra quæſtione.lii.in verſiculo tertio moueor. † Vſu
fructuarius autem ſi religionem ingrediatur,non propterea vſufru
ctus extinguitur,ſed percipitur a monaſterio in quo quis eſt ingreſ
ſus,donec ipſe vſufructuarius monaſterium ingreſſus vixerit. Ita te
nuit Bart.in auct.ingreſſi in prima lect.in fine.C.de Sacroſanct.ec
cleſ.idem tenet ſpecula.in titulo de ſtat.mona.§. primo quæſtione
xlvi.gloſ.Bart.& doct.in auct.idem eſt.C.de bon.quę liber. Imol.
in.l. cum filio de leg.primo.Aluer.in capitulo qui clericus & ibi
Bal.ſi de feud.fuer.contro.inter dominum & agna.Decius in capi-
tulo in præſentia col. 3 3 .in fine:& col. 3 4.deprobat.vbi dicit,iſtā
eſſe cōmunē opinionē.Idem tenet Innoc.in.d.c.in pñtia circa finē
& glo.in.c.ſi qua mulier. 1 9 .q.vlt.Idē tenet.D.Roſel.de aretio in
ſua elegāti repetitione.d.auct.ingreſſi.i verſi.Item quæro; Aliquis

habens. & Guido Papæ in ſuis deciſionib. deciſio. 595. & deciſ. 477. in fine. Et Petrus de bellaper. in tract. ſuo feudali in tit. qualiter perdatur feud. per clericatum. & iſta concluſio procedit in vſufructu aliunde quæſito q̄ ex bonis aduentitiis. † Quid autem ſit in patre habente vſumfructum in bonis aduentitiis quęſitis per filium, Vide docto. in locis ſupra allegatis, & præceptorem meum domi. Hippolytum marſilium in ſingulari ſuo. 668. Secundo facit pro iſta opinione, quia cum feudum ſit beneficium, prout beneficium eſt, beneuola actio gaudium tribuens, vt per feudiſtas in pręlud. feud. eodem modo pēſio beneficium dicitur, vt habetur ſupra. q. 28. † Feudatarius autem ſi ingrediatur religionem, licet regulariter feudum non tranſeat in monaſterium, cum beneficiū ad eum nō pertineat qui officium gerere non debet. c. 1. de vaſal. mil. qui arm. bellic. de poſ. ad idem eſt text. in. c. qui clericus. ſi de feud. fuer. contro. inter domi. & agnat. & habetur per Bart. in. l. finita. §. ſi de vectigali. colū. 2. ff. de dam. infec. Alexan. conſi. x. in. v. volu. incipiente viſo inſtrumento. col. 1. Bal. in. l. deo nobis. verſic. quarto not. C. de epiſc. & cleri. Petrus de bellaperti. in ſuo tract. feudorum in tit. qualiter perdatur feudum per clericatum & late per Pariſium in. c. in pręſentia. col. 72. & colū. 73. de probat. Tamen iſta regula fallit, quando feudum eſſet tale, quod ſeruitium quod pro eo pręſtādū eſt, pręſtari poſſet per monaſterium. Ita tenet Cyn. in d. auct. ingreſſi. & Inno. Io. andr. Abb. & alii in. c. in pſentia de probat. Calder. conſil. 2. de feud. & Decius qui plures citat doctores. in. d. c. in pręſentia. colum. antepenul. idem erit in feudo de quo fœmina eſſet inueſtita. & in feudo franco: vt per Alex. in. d. ſuo conſil. 2. col. 3. & per Decium in. d. c. in preſentia. colū. penult. qui allegat Bal. in. l. ſi plures. col. 2. C. de condit. inſert. & alios plures. Idem tenuit Brunus in conſi. ſuo. xvi. † Tertio pro iſta opinione facit: q̄a ſi habens iuſpatronatus religionem profiteatur iuſpatronatus in monaſterium tranſit. ita concludit Lambertinus Epiſcopus in ſuo copioſo tract. de iur. patro. in. 2. parte. in. 25. artic. ſecundę quæſtionis principalis. In contrarium, ꝙ immo penſio extinguatur, ſi penſionarius religionem ingrediatur, facit: quia ſi clericus beneficiatus religionem ingreditur ſecuta profeſſione tacite vel expreſſe eius beneficia vacant, & conferri poſſunt. tex eſt in. c. beneficium. de regul. in. vi. & ibi doctores, & verbum beneficium poſitum in illo tex. intelligitur large de quocunq; beneficio, vt dicunt ibi

Ioan.

6 Ioan.and.Domi.& Franchus in principio. † Conſtat autem ꝙ la to ſumpto vocabulo beneficii appellatione venit etiam penſio, vt vidimus ſupra.q.xxviii. ergo idem videtur dicendum de penſio/ ne faciunt dicta ſupra.q.liiii.vbi vidimus an per contractum ma/ trimonii penſio vacet.& dicta in.q.proxima præcedenti: & iſta vi/ detur verior ſententia pro qua facit,quia penſio eſt quædam ſerui/ tus beneficio:in hac tamen.q.Puto eſſe conſiderandos plures caſus:
7 primo quid dicendum ſit. † In penſione reſeruata minori an.xv. Nam ſupra.q.xiii.vidimus, ꝙ penſio reſeruari poteſt alicui etiam in ſeptennio poſtq̃ in clericum ordinatus fuerit: & iſto caſu dicen/ dum eſt,ꝙ ex quo ante legittimam ætatem talis non obligatur re/ ligioni quis illam ingrediatur.c.1.de regul.c.2.eo.tit.&.c.ad no/ ſtram:ad idem eſt tex in.d.c.1.de regul.in.vi.& propterea nõ amit teret beneficia cum cura & ſine cura quæ obtineret:ꝙ etiam penſio nem non perdat,niſi poſtq̃ legittime ætatis factus profeſsionem ta cite vel expreſſe emiſerit. d.c.1.de regul.in.vi.facit tex.in.c.1.de vot.in.vi.Retinebit igitur penſionem donec profeſsionem tacitã vel expreſſam emiſerit non obſtante religionis ingreſſu, pro vt de beneficio dicitur in.d.c.1.de regul.in.vi.facta autem profeſsione penſio extinguetur,niſi ſuper ea fuerit a Papa diſpenſatus ꝙ illam retinere poſsit. † Aut loquimur in penſione reſeruata maiori & eo
8 caſu,ſi penſionatius maior annis quatuordecim religionem ingre/ diatur,& habitum aſſummat;eo caſu cum intra probationis annũ retineat etiam beneficium regulariter.d.c.beneficium:idem dicen/ dum erit de penſione,niſi conſtet ꝙ vitam voluerit expreſſe mutare vel ante probationis annum profeſsionem expreſſe fecerit:ſiue ſciẽ ter habitum profeſſorum aſſumpſerit, quibus caſibus etiam non completo probationis anno beneficia ingreſsi religionem vacant, & cõferri poſſunt vt eſt tex.apertus in.d.c.beneficium & ibi omnes doct.de regul.in.vi. †Nec obſtant adducta ſupra in contrarium dũ
9 dictum fuit,ꝙ ſi vſufructuarius religionem ingreditur ꝙ vſufruct⁹ tranſit in monaſterium: quia ſpeciale eſt fauore religionis, vt vſus fructus tranſeat in monaſterium,& a perſona vſufructuarii recedat & tamen non extinguatur:arg.tex.in.l.ſunt perſonæ.ff.de religioſ.& ſumpt.funere iſta reſponſione vtitur dominus Roſellus de aret.in repet.d. auc. ingreſsi in verſi. Item quæro aliquis penſio autem non poteſt ſeperari a perſona penſionarii,& in monaſterium tranſi/ re ſine auctoritate Papæ faciunt dicta ſupra.q.v.&.q.vi. Ideo de pẽ ſionario in monaſteriũ nõ trãſit. † Ad illud quod dicitur de feudo

quod in monaſterium tranſeat in caſibus ſupradictis, reſpondetur, quod monaſterium habetur loco filii.c.in præſentia deprobat: & ibi doct.& habetur per doct.in.d.auc.ingreſsi: feudum autē. in filium trāſit.c.1.in princ.de ſucceſ.feud.c.1.de ſucceſ.fratr.& gradi. ſuccedentium in feud. Igitur nō erit mirum ſi feudū in monaſteriū tranſeat. Penſio autē de pře in filiū nullo modo ex ſucceſſione tranſire poteſt, cum extinguatur morte penſionarii qui ſtatim ꝙ monaſterium ingreditur, & profitetur religionem pro mortuo habetur.l. deo nobiſ.C.de epiſc.& cler.2.q.1.c.placuit.§.illud.in.auc.de monach.ex iſta reſponſione euacuatur etiam tertium fundamentū ſupra adductū de iure patr. Erit ergo ex prædictis concluſio ꝙ penſionario religionem ingrediente & profeſsionē tacite vel expreſſe emittente penſio extinguetur & beneficium illius onere grauatum erit liberum a ſeruitute penſionis ſoluende.

Regula cancellarie de. xx. diebus an locum habeat in penſione. Queſtio.lviij.

1 *Regula predicta locū habet in penſione conſueta aſſignari pro beneficio.*
2 *Stilus curie ius facit.*
3 *Curia romana tanq̄ magiſtra eſt ab omnibus ſequenda.*
4 *Stilus curie & mos iudiciorum ſeruari debet ſicuti lex.*
5 *Penſio equiperatur contractibus profanis.*

QVinquageſimo octauo quæro. cautū eſt per regulā cancellariæ, ꝙ ſi reſignans beneficiū non ſuperuiuat per dies.xx. poſt reſignationem factam ꝙ beneficium reſignatū intelligatur vacare per obitum, non autē per reſignationem. Quæritur quid dicendū erit in penſione, puta, quidam penſionarius habens auctoritatem transferendi penſionem ſibi aſsignatam in totū vel in partem in vnam vel plures perſonas, vt concedi ſolet per dominum papam penſionem in Sempronium tranſtulit vigore facultatis ſibi conceſſe demum penſionarius transferens mortuus eſt ante
1 dies viginti: quærit̄ an valeat talis tranſlatio. † Circa hoc diſtigue quod aut loquimur in penſione conſueta aſsignari in titulum beneficii eccleſiaſtici iuxta notata per doct.in.c.conquerente de cleri. non reſident.& tunc, quia illa eſt beneficium eccleſiaſticum: vt per Card.in clem.1.§.eadem.q.4.de ſuplen.negli.prelat.& dixi ſupra q.1.&.q.21.&.xxviii.& tunc locum habebit dicta regula. Aut lo-

quimur in penſione non intitulata ſed quæ eſt quid mere tempora le, de qua ſpecie penſionis propriẽ tractamus: & tunc dicendum eſt ꝙ in ea locum non habeat d. regula cãcellariæ quæ loquitur de beneficiis eccleſiaſticis quæ dãtur in titulũ, quod patet manifeſte dũ loquitur de beneficiis reſignatis: & dũ facit mentionẽ de permutatione, Igit non cõpræhendit penſiones quę permutari nõ poſſunt cũ beneficio eccleſiaſtico: vt vidimus late ſupra. q. xxxiii. beneficiorum enim appellatione proprie loquendo penſiones non veniunt vt late dixi ſupra. q. 28. & pẽſio etiã laico aſsignari poteſt vt dixi ſupra. xxi. Nec pẽſionarius officiũ dicere tenetur, vt vidimus ſupra. q. 30. Nec pẽſionarius tenetur ad rſidentiã de quo ſupra. q. 31. Nec pẽſio facit incõpatibile ſub eodẽ tecto de quo ſupra. q. 32. ex quibus apparet longe differre penſionẽ a beneficio. Ideo ſi penſionarius trãfferat in alium penſionẽ & tranſlatione facta & auctori zata per habentem facultatem infra. xx. dies moriatur: tunc valet tranſ-
2 latio dicta regula nõ obſtante. † Et ita ſtilus curiæ obſeruat, quẽ ſequi debemus: quia ius facit & pro lege ſeruatur, ſpecu. in titu. de teſte. §. publicatis verſi. deinde. Idem ſpecul. in titu. de reſcri. preſent. §. ratione formæ quoq; in princ. & dicit rota deciſ. 710. in antiquis, quod ſtilus curiæ eſt quoddã ius licet ex facto reſultet. eſt, n. curia romana tãquã magiſtra ab oĩbus ſequẽda. *Specula.* in tit. de appel. §. de off. verſi. vt autẽ, fundatur enim ſtilus curiæ & apoſtolicæ cancellariæ in iure cõmuni, vt inquit idẽ ſpecul. in tit. de reſcri. ꝑſent. §. ratione formæ quoq;: vide multra notabilia quæ de ſtilo cu-
3 riæ ſcribit Fely. in. c. ex parte: in verſi. ſtilus de reſcr. † Et dicit Lauren. calcaneus ĩ conſi. ſuo. 118. incipiẽte, ſanctiſsimus, ꝙ ſtilus curiæ & mos iudiciorũ ita eſt ſeruãdus, ſicuti ſeruãdæ ſunt leges ſcriptæ, adeo ꝙ ita iudex facit litẽ ſuã iudicãdo cõtra ſtilũ ſicuti quando iudicat cõtra legẽ ſcriptã, allegat Bal. in. l. iubemus. C. de iudi. Adde ꝙ poſtq̃ hæc ſcripſi inueni hoc idem tenuiſſe R. P. Ludouicum Gomes hiſpanum Rotæ auditorem in commento d. regule. q. xvi. vbi dixit, ꝙ regula locum non habet in penſione præſertim quia dicit ipſe licet beneficium vacet propter crimen ſecus eſt in
4 penſione cum penſio. † Equiparetur cõtractibus profanis allegat Roma. conſi. 339. col. 4. ſed beneficia dicit æquiperari vltimis voluntatibus glo. final. in. c. primo de conceſſ. præben. in. vi. Qualiter autem intelligatur dicta regula cancellariæ: vide Decium conſi. 224. in prima col. in ſecundo volu. & dictũ Ludouicum gomes in comento dicti regulis ſuper qua format quæſtiones. 41.

Penſionarius an ꝑ rata penſionis teneatur contribuere ad ſolutionẽ decime Papalis. Qō: lyiiij.

1 *Bellencinus fuit præceptor Felyni.*
2 *Penſionarius tenetur pro rata penſionis ſoluere caritatiuum ſubſidium.*
3 *Beneficium ſemel decimatum non debet iterum decimari.*
4 *Locator non tenetur ad ſoluendum gabellam pro penſione ſi illam ſoluit conductor pro fructibus.*
5 *Rector beneficij qui decimã ſoluit vtetur retẽtione proportione pẽſionis*
6 *Papa poteſt penſionarium priuilegiare ne decimam ſoluere teneatur.*
7 *Penſionarius qui ſolum habet pẽſionem ducatorum ſeptem de illa non tenetur ſoluere decimam.*
7 *Idem eſt in beneficio ducatorum ſeptem.*
8 *Penſionarius de penſione ſibi aſſignata ratione laborum vel obſequij præſtiti vel præſtandi decimam ſoluere non tenetur.*
9 *Penſionarius cui fuit aſſignata penſio exempta a decima non cogitur illã ſoluere etiã ſi dictũ ſit ꝙ nõ obſtãtibus priuilegijs decima ſoluatur*
10 *Cardinalis non tenetur ad ſolutionem decimæ niſi de eo dictum ſit.*
11 *Cardinales non compræhenduntur in generali conſtitutione Papæ.*
12 *Cardinales ſunt pars corporis Papæ.*
13 *Cardinales ſunt membra Papæ,*
14 *Regula cancellarie de exprimendo valore Cardinales nõ cõprẽhẽdit.*

QVinquageſimo nono quæro, vtrum penſionarius teneatur contribuere pro rata penſionis ad ſolutionem decimæ papalis impoſitę ſuper fructibus beneficiorum. Iſtam queſtionem examinat Caccialupus in tracta. ſuo de penſ. q. xvii. vbi dicit ꝙ non meminit ſe legiſſe eam tactam a doctoribus. Ego autem anteq̃ tractatum hunc cœpiſſem ſcribere, & anteq̃ vidiſſem tractatum Caccialupi. 1 † Inueni hanc quæſtionem tactam per Bellencinum qui fuit præceptore Triẽnalis Felyni, vt ipſe Fely. teſtatur, in c. z. col. 13. in fine de reſcri. & ſic Bellencinus fuit ante Caccialupum. quia Caccialupus & Felynus fuerunt contemporanei: & ego vidi plura conſilia Caccialupi ſubſcripta manu ipſius Felyni: & iſtam quæſtionem tangit ipſe Bellenc. in tractatu ſuo de ſubſid. charitat. q. lxxv. vbi decidit, ꝙ ſi habentes penſiones habent illas in beneficium, vel ex mera gratia, tunc tenentur ad decimam & illius ſolutionẽ. Si autẽ habeant penſiones ex cõtractu conductionis vel ad

firmam

ſirmam vel ex cauſa emptionis fructuum, vel pro mercede & remu-neratione ſui laboris, tūc ſecus; quia illi quorum eſt proprietas bonorum ſuper quibus penſiones ſoluuntur, decimam ſoluere tenebūtur; allegat glo. primam in clem. ſi beneficiorum de decim. Et ꝙ penſionarius teneatur pro rata penſionis ad ſoluendum decimam papalem impoſitam ſuper fructibus beneficiorū: tenuit etiam idē
2 † Bellen. in. d. tract. ſuo. q. 37. vbi etiam concludit, ꝙ penſionari⁹ teneatur etiam pro rata penſionis ad ſolutionem charitatiui ſubſidii impoſiti per epiſcopū: de quo articulo dixi ſupra. q. 39. & idē in decima papali tenuit Imol. in. d. clem. ſi beneficiorum col. 1. verſiculo tertio quærit gloſa & eſt tex. apertus in extrauagante Bonifacii. viii. quæ incipit declarationes in titulo de decim. quæ eſt inſer-
3 ta in volumine extrauagantum communium. † Bene verum eſt, ꝙ ſi rector beneficii fuit grauatus ad ſoluendum integram decimā, tunc penſionarius qui habet penſionem ſibi reſeruatam ſuper fructibus illius beneficii, non poterit a collectore decimæ vlterius moleſtari ad illius ſolutionem: quia ſemel decimatum beneficium vlterius decimari non debet: vt not. doct. in. c. tua & in c. cum non ſit de decim. ad idem faciunt not. in. l. q̄q̄. ff. ad leg. falci. & in. c. Rainutius & in. c. Raynaldus de teſtam. vbi notatur ꝙ ſemel defalcatum pro legittima non debet iterum computari in cumulo & detractione trebellianicæ, ad idem faciunt quæ voluit Bart. in. l. fin. §. quo-
4 ties. ff. de public. Vbi Bar. decidit: † ꝙ ſi fundum locaui pro centum florenis & colonus qui fructus percepit, ſoluat pro illis gabellam, dominus pro penſione gabellam ſoluere non tenetur, cum ſoluta fuerit de fructibus quorum contemplatione pēſio percipitur: præſertim quia non eſt dubium ꝙ propter gabellam minori prætio fuerunt fructus locati. Ad idem faciunt ea quæ voluit Innoc. in. c. final. de decim. vbi dixit ꝙ ſi Domiuus ad quem omnes fruct⁹ peruenerunt, ſoluerit pro illis decimam, ſi colonus partiarius recipiat eius partem, decimam ſoluere non debet. Ad quod vide quæ
5 ponit Abb. in. c. tua nobis col. penul. in verſiculo. † In glo. de decim. tamen rector beneficii qui ſoluere penſionem tenetur, poterit vti retentione pro rata decimæ ſoluendæ per penſionarium in ſolutione penſionis: argumento eorum quæ not. Petr. quē refert Abb. in. c. cum non col. 1. verſi. vlt. nota de decim. Erit ergo concluſio, ꝙ penſionarius pro rata penſionis decimam ſoluere tenebitur: quam concluſionem ſenſit etiam Decius conſi. 156. incipiente, ſtatutum cathedralis eccleſię in. 1. volum. & Caccialupus in pręallegato ſuo

tract.d.q.17.vbi refert ꝙ dñs Nico.de caſtello aduocatus conci
6 ſtorialis magnus practicus idem tenebat. † Iſtam concluſionē in
tellige non procedere in pēſione reſeruata libera & exempta ab om
ni onere decimarum ſubſidii charitatiui & quocunq; alio onere, vt
multoties fit. poteſt enim quis priuilegiari a Papa ne ad ſolutio
nem decime teneatur.c.cum inſtantia.de cenſ.c.accedens.in verſi.
niſi per ſpeciale priuilegium de p̃ſcript.& durabit tale priuilegium
durante penſione ſi non reuocetur: quia decet cōceſſum a principe
priuilegium eſſe manſurũ.c.decet.de regul.iur.in.vi.c.1.et.2.35.
q.2.faciunt ea quæ voluit Bellenci.in.d.tract.ſuo de ſubſidio cha
ritatiuo.q.58.vbi concludit ꝙ Papa pōt clericum priuilegiare, vt
non teneatur ad ſolutionem charitatiui ſubſidii ſeu decimæ papa
lis:& ita quotidie fieri ſolet. Nec propterea diminuitur decima, qa
illam integre ſoluere tenetur rector eccleſiæ grauatæ penſionis one
re, qui illius fructus pcipit iuxta notata i.d.c.tua nobis.vbi Abb.
7 & doct.& in.c.cum non de decim. † Secundo limita ſupradictā con
cluſionem non procedere qñ penſio non excederet ſummam duca
torũ ſeptem quolibet anno, & penſionarius nullos alios eccleſiaſti
cos prouentus haberet p̃terquam prędictam penſionem. Nā eo ca
ſu de tali penſione decimam ſoluere non tenetur ēt ſi eſſet aſsigna
ta in titulum beneficii iuxta not.per Abb.& alios in.c.conqueren
te de ſuppl.negli.p̃lat.& in clemen.1.§.eadem eod.tit.tex.eſt pro
bans iſtam fallentiā in terminis.in.d.extrauag. Bonifacii.viii.i.§.
ſeculares quoq; clerici.vbi dicit, text.ad litteram ꝙ ſeculares clericī
quorum eccleſiaſtici redditus ſummā ducatorum ſeptē annuatim
8 non excedunt decimā ſoluere non tenentur. † Tertio limita conclu
ſionem p̃dictā non procedere in penſione alicui aſsignata ob remu
neratione laborum vel obſequii aut ſeruitii p̃ſtiti vel p̃ſtandi. tunc
enim penſionarius de tali penſione ad ſolutionem decimę non te
netur, ſed is qui menſam, dignitatem aut beneficium ſuper cuiꝰ fru
ctibus penſio eſt impoſita tenet & poſsidet, illam integraliter ſol
uet. Ita voluit glo.not.in clem̃.ſi beneficiorũ in glo.in verbo ſi be
neficiorum de decim.& ita tenet ibi Imol. & pro iſta limitatione
eſt tex.clarus & apertus in.d.extrauagante, Bonifacii.viii.in rub.de
9 decim.in.§.ſi autem quis in verſic.ſi autem perſonis. † Quarto li
mita non procedere p̃dictam concluſionem ēt ſi Papa dediſſet au
ctoritatem nuncio ſeu legato vel collectori apoſtolico exigēdi deci
mam ſuper fructibus, redditibus & prouentibus beneficiorum a
quibuſcũq; perſonis non obſtantibus q̃buſcunq; priuilegiis & gra

tiis contrariis. Nam vigore predicte facultatis talis Nuncius, legatus vel collector apoſtolicus cogere non poterit ad ſoluendum decimam penſionariũ cui aſsignata erat penſio exempta a ſolutione decimarum. iſta limitatio probatur ex doctrina Alexã. in conſi. ſuo cxx. incipiẽte viſo puncto. in. 4. volu. & Cardi. in conſi. cii. in prin. in quibus locis cõcludunt, ꝙ ſi fuerit conceſſum priuilegium per Papam aliquibus monialibus ne teneantur ad aliquas collectas, tale priuilegium reuocatũ non cenſetur, ſi Papa auctoritatem conceſsit nuncio, legato, vel collectori ſuo imponendi decimã ſeu collectam quibuſcũq; non obſtantibus quibuſcũq; priuilegiis & gra-
10 tiis contrariis ẽt ſi de eis eſſet facienda mentio ſpecialis. † Quinto limita dictam concluſionẽ non procedere in Cardinali pẽſionario Nam ſi Papa imponitur decimam ſuper fructibus, & redditibus & prouentibus eccleſiaſticis exigẽdam a qbuſcunq; pſonis eccleſiaſticis ẽt ſup penſionibus & non obſtante quocũq; priuilegio contrario, tamen Cardinalis penſionarius ad ſolutionẽ decimæ pro pen-
11 ſione non tenebitur: † Quia in generali conſtitutione Papę ſi non fiat mentio de Cardinalibus, cardinales non cõprehenduntur etiã ſi cõſtitutio eſſet reuocatoria priuilegiorũ. Ita concludit Ioan. monach. quem ſequitur Ioan. andr. ibi in. c. vnico de ſchiſmat. in. vi. not. ẽt in. c. quia periculoſum. de ſent. excõica. in. vi. & in. c. nemo
12 deinceps de elect. † Sunt enim Cardinales pars corpis Papæ. c. felicis de penis in. vi. & ibi not. Archi. & Ioã. and. idem not. in. c. 1. de offi. legat. in. vi. & not. idem Ioan. monach. in. d. c. 1. de ſchiſma. in vi. & Ioan. de ligna. in. c. 2. de cleri. non reſidẽ. Hinc dixit notanter Hoſtiẽ. in. c. antiqua de priuil. ꝙ licet Epi iurẽt fidelitatem Romano Pontifici vt in. c. Ego enim de iur. iuran. tamen Cardinales nõ iurant fidelitatem Papæ tanq̃ inuiſcerati & pars corporis Papę: & dixit Barbatia in trac. ſuo de pſtan. Cardi. q. xii. in. ii. col. in verſic.
13 Quinto faciunt, † ꝙ diſpoſitio quantũcunq; generalis loquens in materia prohibitiua Cardinales non cõprehendit, cum ſint mẽbra & pars corporis Papæ. d. c. felicis. de pœnis. in. vi. allegat. ad hoc Barba. tex. in. l. penul. C. de dona. inter vir. & vxo. vbi hr̃ ꝙ licet iura in cõi prohibeant donationẽ inter vir. & vxo. locum tñ non hñt in Auguſta: & rõ eſt: qa Auguſta eſt pars corporis impatoris, vt Cardinales ſunt pars corpis Papę. & iſta rõne cõſuluit Petr. de anch. in
14 conſi. 295. incipiente, † pro clariori euidẽtia ꝙ regula cancellariæ de exprimẽdo valore beneficii ĩpetrati non cõprehẽdit Cardinales quod ẽt pluribus aliis fundamẽtis oñdit. idem voluit idẽ Anch. in

conſilio.297.incipiente, efficacibus. Ad idem facit quod voluit Roma.in conſi.498.incipiente,in caſu quo quæritur:vbi per plura fundamenta decidit ꝙ Cardinalis non tenetur contribuere in ſolutione charitatiui ſubſidii impoſiti à ſede apoſtolica clero Regno rum caſtellæ ad ſupplicationem Regis pro recuperatione regni ab infidelibus occupati.Prædicta tamen limitio videt̃ reddi dubia ꝑ ea quæ voluit Felyn.in.c.cum in iure peritus de off. deleg at.& in.c. ad aures col.vii.verſi.octaua concluſio de reſcrip.& Idem in.c. qđ ſuper his col.3.de fid.inſtr.in quibus locis tenet ꝙ etiam ſub generali conſtitutione Cardinales comprehendantur ſecutus Bellencinum eius præceptorem, qui idem voluit in.d.tract. ſuo de ſubſid. charit.q.lxvi.vbi concludit, ꝙ ſi Papa imponit generale ſubſidiũ quibuſcumq; beneficiatis pro expeditione contra infideles Cardinales ratione ſuorum beneficiorum contribuere tenebuntur præſtationi huiuſmodi ſubſidii & ibidem Bellencinus reprobat opinionem Roma.in.d.conſi.498.vide omnino.Felyn. in locis ſupra allegatis.Prima tamen opinio communis eſt.

Excõicatio lata cõtra penſionariũ ob nõ ſolutionẽ decime qui ad illius ſolutionem non tenebatur an ſit ipſo iure nulla. Queſtio.lx.

1 *Sententia lata contra priuilegium an ſit ipſo iure nulla.*
2 *Excõmunicatio lata contra ſubditum quem excõmunicãs nimis grauat in ſolutione procurationis eſt nulla ipſo iure.*
3 *Excommunicatio collectoris decime ex eo ꝙ ſibi ſit reſiſtentia ne eccleſiam ſuis ornamentis ſpoliet eſt nulla ipſo iure.*

SExageſimo quæro ſi clericus cui reſeruata extitit penſio ſuper fructibus alicuius beneficii libera & exempta ab omni onere decimarum & ſubſidii charitatiui, vt fit tota die: excõmunicetur ab epiſcopo ob non ſolutionem charitatiui ſubſidii vel a collectore decimarum ob non ſolutionem decimæ pro rata pẽſiouis an talis excõmunicatio ſit ipſo iure nulla:& videtur dicendum prima
1 facie ꝙ non. † Quia regulariter ſententia lata contra priuilegium non eſt ipſo iure nulla, vt voluit Abb.& ibidem poſt eum Felyn.in c.1.col.penul.verſi.Limita decimo de re iudi.dicas tamen ꝙ in cõtrarium eſt veritas in caſu noſtro in quo excommunicatio talis erit ipſo

ipſo iure nulla ita decidit per multas rationes Bellenc.in tract.ſuo de charit.ſubſid.in prima parte.q.24.hoc idem tenuit Cald.in cõſilio.ix.in tit.de ſent.excõi. vbi dixit ꝙ ſi collector decimæ volens decimam exigere a religioſis exemptis a ſolutione decimæ papalis ei priuilegium ſuum accuſantibus illos ob nõ ſolutionem decimæ excõmunicet,ſententia huiuſmodi erit ipſo iure nulla: pro hoc fa/cit tex.in.c.vlt.de præben.& glo.vltima in.c.manus.v.diſtinct. de conſecr.Ad idem tex.in.c.quorumdam de exceſ.prælat. ſecundum intellectum Hoſtien.& Ioan.Andr.ibidem volentium ꝙ illa decretalis contineat ius cõmune:quod etiam voluit glo.in.c.pręſenti &
2 eſt glo. † Secunda de ſent.excõi.In.vi.faciunt ad prædicta ea quæ voluit Innoc.in.c.cum apoſtolus de cenſi.vbi notat,ꝙ prælatus viſitans ſuos ſubditos ſi illos vltra iuris formam grauet in exigenda ab eis procuratione,& propter hoc illos excõmunicet,ꝙ talis excõmunicatio non tenet:immo eſt ipſo iure nulla.hoc idẽ voluit Hoſtien.in.§.fin.in fine in ſumma de cenſi.Ad idem facit quod voluit Paul.de lia zar.in clem.ſi beneficiorum de decim.quem ibidem re/
3 fert & ſequit. † Cardi.q.xv.vbi dixit ꝙ ſubditi reſiſtentes collectoribus decimarum volentibus occupare eccleſiarum ornamenta,& calices pro exactione decimæ ſi ab ipſo collectore propterea excommunicentur talis excõmunicatio erit ipſo iure nulla.Nec obſtãt fũdamen.ſupra adductum in contrarium dum allegando Abbatem. & Felynum in.c.1.verſi.limita decimo de re iudic.dicebatur ꝙ ſententia lata contra priuilegium non eſt ipſo iure nulla:quia reſpondetur ꝙ hoc fallit quando ſententia concernit ius Papæ contentũ in priuilegio exemptionis vt eſt in caſu noſtro quo caſu ſentẽtia eſt ipſo iure nulla.Ita declarat Abbas in.d.c.1.per tex.in.c.cum tempore de arbitr.qui late examinat hunc articulum an.& quando ſententia lata contra priuilegium valeat.

Penſionarius priuilegiatus ut de penſione decimã ſoluere nõ teneatur ſi moleſtatus ſoluat decimã cũ ꝓteſtatione an ſibi preiudicet. Queſtio.lxi.

1 *Solutio onerũ facta per homines immunitatẽ habentes an eis præiudicet*
2 *Qui habet immunitatem ſi ſoluat cum pacto ꝙ ſibi ſalua ſit immunitas ſibi non præiudicat.*
3 *Proteſtatio ſupradicta fieri poteſt vbiꝙ quocunꝙ loco & quandocunꝙ*

4 *Penſionarius exemptus a ſolutione decimarum ſi decimam ſimpliciter ſoluat an ſibi preiudicet.*

SExageſimo primo quęro. Clericus priuilegiatus vt non teneatur ſoluere decimã de pẽſione ſi moleſtetur a collectore decimarum ad ſoluendũ decimam de pẽſione, & vt liberet ſe a tali moleſtatione illã ſoluit cum proteſtatione ꝙ per talem ſolutionẽ non intendit neq; vult p̃iudicare priuilegio ſuo de non ſoluẽda decima, an dicta proteſtatio ipſum iuuet, vt priuilegium ſibi ſaluum & illeſum remaneat circa exemptionẽ ſolutionis decimę. & aliorum onerum. Circa quod dicendum eſt, ꝙ ipſa proteſtatio proteſtantẽ iuuet p tex. & quod ibi not. Bar. in. l. 1. C. de his qui ſpon. ciuil. mun. ſuſcep. lib. x. faciunt not. per Cyn. in. l. voluntarie. in. v. q. C. de excuſ. tut. cõprobatur predicta cõcluſio. Ex his quę voluit Roma. in conſi. ſuo. 252. incipiente, pro deciſione propoſite conſultationis
1 in vltimo dubio. † Vbi quęrit an ſolutio onerum aliquando facta p homines habentes immunitatẽ eis p̃iudicet. & dicit, ꝙ licet iſte paſſus ad plenum tractet in. d. l. voluntarie per doc. C. de excuſ. tut. & in. l. 1. §. alia. C. de his qui ſpon. ciuil. mun. ſuſcep. lib. x. ſupra allegata & p canoniſtas. in. c. accedẽtibus de priuileg. & in. c. cum acceſſiſſent de conſti. nihilominus in caſu ſuo dicit decidendum fore quod non ſit p̃iudicatum immunitati, quia ſolutio onerũ fuit violenta & coacta. ideo conceſſam immunitatẽ non tollit. allegat tex. in. l. cura circa principiũ. in verſi. Nec p vim. ff. de muner. & honor.
2 † Item mouetur: quia qui põt ſe immunitate tueri, & nihilominus onus ſoluit cum pacto tñ vt ſibi immunitas ſalua ſit, vt actũ fuit in caſu p̃ntis quæſtionis per dictam ſolutionem, ſibi non p̃iudicat circa immunitatem. allegat tex. vbi dicit eſſe caſum in. d. l. 1. C. de his qui ſpõt. ciuil. muner. & ita decidit in ſimili quęſtione Bellec. in ſupra allegato trac. ſuo de ſubſi. charit. q. lxi. vbi decidit, ꝙ ſi priuilegiatus vt ſubſidium ſoluere non teneatur, illud ſoluat proteſtatione præmiſſa, ſibi non præiudicat: & ita concludo ex premiſsis
3 in penſione: faciunt quæ dicta fuerũt ſupra. q. 37. † Et ſciẽdum eſt ꝙ dicta proteſtatio poteſt fieri vbiq; in quocũq; loco quandocũq; & quocunq; tempore, vt egregie declarat Harmanotius in ſua re
4 pet. §. morte. l. hoc edicto. ff. de oper. nou. nunc. † Si tamen penſionarius exemptus a ſolutione decimarum ſimpliciter decimam ſoluat nulla premiſſa peoteſtatione, tunc an ſibi pręiudicet? Hoc pendet ab illa quæſtione an per actum contrarium quis ſuo priuilegio

renunciare videatur, de qua per doct. in c. cum acceſsiſſent de conſtit. & per Innoc. in c. accedentibus de priuil. per Bart. in l. beneficium. & ibi Alex. de conſtit. princip. in fin. per Cardi. in clemen. ſępe. §. ſi tamen in. 2. quæſtione. de verbo. ſignifi. per Alex. in conſil. 197. in. 2. volum. & Sozin. conſil. lx. incipiẽte, viſo elegantiſsimo in verſic. Circa ſecundam. in. 1. volu. Per Decium conſil. 308. incipiente, in caſu ad nos tranſmiſſo. col. vlt. in. 2. volu. Et plene per Felyn. in d. c. cum acceſsiſſent. de conſti. vide etiam Lucam de pennam in d. l. 1. C. de his qui ſpon. ciuil. mun. lib. x.

Pẽſio an in totum uel ꝓ parte remitti debeat ſi fructus ſuper quibus eſt reſeruata diminuti fuerint uel perierint. Quęſtio. lxij.

1 *Fructus qñ cauſa taxationis ſunt appoſiti illis nõ perceptis nil debetur.*
2 *Fructus appoſiti cauſa demõſtrationis non reſtringunt diſpoſitionem.*
3 *Fructus qñ cenſeantur appoſiti cauſa taxationis vel demonſtrationis.*
4 *Fructus gratia taxationis quando appoſiti ſint.*
5 *Demõſtratio quomodo & quando cognoſcatur.*
6 *Menſura in venditione fundi quando demonſtrationem & quando taxationem inducat.*
7 *Pẽſio debet ſolui in anno vbertatis pro anno ſterilitatis preterito.*
8 *Prelati ſterilitatem allegare non poſſunt quando preteritis annis fructus vberes habuere.*
9 *Penſio ſoluenda eſt a rectore beneficij qui ſua culpa fructus non ꝑcepit.*
10 *Penſio impoſita ſuper titulo beneficij debet ẽt nullis ꝑceptis fructibus.*
11 *Alimenta integra debentur etiam ſi ex fundo ſuper quo ſoluuntur tantum non ſit perceptum.*
12 *Clauſula ſine retardatione penſionis apponitur in commiſſione cauſe penſionis.*
13 *Decima papalis vbi taxata eſt ad certam quantitatem etiam illa non percepta debetur.*
14 *Expenſe que fiunt cauſa fructuum deducuntur ex decima papali.*
15 *Penſio integra debetur etiam ſi fructus iam collecti per hoſtium violentiam fuerint ſubtracti.*
16 *Penſio diminui non debet etiam ſi percepti ſunt tot fructus qui aſcendãt ad dimidiam partem fructuum.*
17 *Pẽſio qñ cõductor eſt deceptus vltra dimidiã iuſti precij remitti debet.*

18 Damnum pluſq̃ intollerabile dicitur qñ excedit dimidiam iuſti precij.
19 Penſio pro rata an debeat remitti qñ non percipitur medietas fructuũ.
20 Relatiuum quis conditionem inducit.
21 Locus quando apponitur gratia taxationis nil debetur ſi nil percipitur.
22 Clerici & religioſi non tenentur vltra q̃ facere poſſint.
23 Penſio cenſetur eſſe beneficium.

SExageſimoſecundo quæro. Si fructus menſę vel dignitatis ſu-
per quibus eſt conſtituta annua penſio, perierint, vel in notabi
li quantitate diminuti fuerint propter ſterilitatem, hoſtilitatē, vel
alium caſum fortuitum, an penſio remitti debeat in totum vel in
parte? Hanc quæſtionem tangit Paul. de caſtr. in conſil. ſuo. 338.
incipiente, quia exceptiones colſi. z. verſicu. Pro intellectu huius
dubii in. 1. volum. vbi dicit eſſe aduertendum vtrum fructus, red-
ditus & prouẽtus ſuper quibus eſt appoſita pẽſio ſint appoſita gra
1 tia taxationis vel gratia demonſtrationis. † Primo enim caſu quã-
do gratia taxationis ſunt appoſiti, tunc dicit, ꝙ fructibus non ꝑ-
ceptis nil debetur tanquam legato certo corpore quod non ſit in re
rum natura. l. ſi ſeruus. §. qui. ff. de leg. 1. & l. talis ſcriptura. eo. tit.
nam tunc videtur ineſſe tacita conditio ſi fructus naſcãtur. l. inter-
2 dum. ff. de verbo. obliga. l. 1. ff. de condit. & demonſt. † Secundo au
tẽ caſu quando fructus gratia dẽmonſtrationis ſunt appoſiti demõ
ſtratio non reſtringit. l. Paulo callimaco. §. fin. ff. de legat. 3. Demũ
ſubdit idem Paul. ꝙ eſt aduertendum pro reſolutione huius dubii
3 ad doctrinam quę videtur eſſe de mente textuum & gloſarum. † ꝙ
quandoq; ꝓcedit aliqua diſpoſitio denotans quid ſolui debeat po-
ſteà ſubiicitur locus vnde fieri ſolutio debeat: & ſic duę ſunt ora-
tiones. verbi gratia dixit teſtator, volo decem dari Sempronio quę
volo ſibi ſolui ex fructibus & redditibus talis fundi: & tũc fructus
& redditus appoſiti vidẽtur gratia demonſtrationis vnde licet red-
ditus non percipiantur, tamen hæres ſoluere illa decem cogetur. de
quo dicit eſſe caſum in. l. quidam teſtamento in prin. ff. de legat. 1.
& in. l. Paulo callimaco. §. fin. de alimen. & ciba. legat. & l. Lucius.
4 † Quandoq; vna tantum eſt oratio quid & vnde ſolui debeat ſigni
ficans: vtputa dicit teſtator, volo ex fructibus talis fundi decẽ da-
ri Sempronio quolibet anno: & tunc fructus videntur appoſiti gra
tia taxationis & illis non exiſtentibus hæres non videtur compelli
poſſe ad ſolutionem vltra q̃ fructuum vires patiantur. Caſum di-
cit eſſe apertum in. l. nomen debitoris. §. vni ex hæredibus. ff. de le-

gat. 3.&.l.ſi quis ſeruum.§.1.&.l.Lucius.§.ciuibus.ff.de legat.2. & ex pdictis infert idē Paul.q ſi in literis reſeruationis annuæ penſionis in vna & eadem oratione dicatur annuam penſionem debere ſolui ſup fructibus,redditibus & prouentibus talis beneficii mēſæ,vel dignitatis tunc fructus erunt appoſiti gratia taxationis. Si autem primo dictum fuiſſet debere ſolui pēſionem:demum in alia oratione vnde fieri deberet ſolutio deſignaſſet,tunc eēt facta demōſtratio & ſic ſentit q primo caſu fructibus non perceptis penſio ſolui non deberet.ſecūdo vero caſu q fructibus non perceptis etiam ſoluenda eſſet penſio.prædictam opinionem tenet etiam Fely.in.c. ad audientiam el.2.col.v.in verſic.Sexta concluſio.de reſcrip. vbi dixit,q vbicunq; pcedit generalis diſpoſitio circa ſolutionem annuæ penſionis & poſtea ſequitur locus vel materia vnde valet prçſtatio fieri:tunc ſunt duæ orationes & redditus non videtur nominati cauſa taxationis,idest q ex ipſis penſio detrahatur & nō aliunde,immo penſio eſt omnino præſtanda etiam ſi redditus non ſubſint forte propter ſterilitatem.Quando autem in vna & eadem oratione onus pēſionis cum adiectione fructuū exprimitur.Verbi gratia ſi dictum fuerit,ſoluas penſionem de talibus redditibus, quia tunc tales redditus non cenſent nominati cauſa demonſtrationis, ſed cauſa taxationis:ideo eſt q tunc fructib⁹non exiſtentibus non poteſt quis cogi ad ſolutionem pēſionis.& allegat ad pdicta Paul. de caſt.in præallegato conſi.dicens idem Felyn.prædicta eſſe valde quotidiana pro iſtis qui ſoluunt penſiones de fructibus beneficiorum:quia ſi aliquo anno non percipiunt fructus,ad penſionē non tenentur:& hoc idem dicit Fely.ſenſiſſe Abbatem in.c.niſi eſſent an
5 te finē de præben.† Ad prædicta quando & quomodo cognoſcaē demonſtratio & taxatio vide Bart.in.l.inter ſtipulantem.§.ſacrā. in.3.col.de verbo.oblig.ff.& Salicet.in.l.ſi quis argentum.§.1.& ibi Bal.C.de donat.& per Paul.de caſt.& Alexan.in.l.ſtichum qui meus erit.col.2.ff.de legat.1.& ibi per dn̄m & prçceptorē meum dominū Vincen.herculanum peruſinum,& per Felyn.in.c.ex litte
6 ris.col.3.verſi.modos autem cognoſcendi de reſcrip.†Ad idem vide.d.Anto.burgos hiſpanum magnum canoniſtam & pceptorem meum in.c.cum cauſa.colum.xviii.verſi.decimoquarto limita de empt.& vendit.vbi dixit q quando quis vendit fundum quatuor modiorū,tunc menſura videtur appoſita cauſa taxationis.qn autē dictum fuit vendo tibi talem fundum qui eſt triū vel quatuor modiorū,tunc numerus videtur appoſitus cā demōſtrationis:& tunc

licet fundus eſſet in plus, illud plus cedit lucro emptoris. Sed circa præmiſſa eſt aduertendum ꝙ ſemper in literis annuæ penſionis fructus vnde debet fieri ſolutio penſionis & ipſa penſio exprimuntur ſub vna & eadem oratione de ſtilo curiæ & ideo dicendum & concludendum videtur, ꝙ fructus apponantur gratia taxationis, & ꝙ propterea illis non extantibus penſio non debeantur vt ſupra dictũ fuit per ea quæ voluerunt Paul. de caſtro & Felyn. in locis ſupra allegat. Hanc eandem opinionem inuenio tenuiſſe Bellenci. in tract. ſuo de ſubſ. charit. q. 34. vbi expreſſe voluit, ꝙ is qui eſt obligatus alteri ſoluere annuam penſionem ſuper fructibus beneficii, ſi illius fructus non percipit non ſit obligatus ad ſolutionem pẽſionis eſto ꝙ beneficium poſſideat. Et hanc eãdem opinionem ſentit Roma. in conſilio ſuo. 369. incipiente, circa primum propoſitæ conſultationis articulum col. ante penul. verſiculo quo ad ſextũ: facit quod voluit Alex. in conſilio. 112. incipiente, videtur in præſenti: in primo volu. Et prædicta reperi nuper tenuiſſe etiam Gozadinum in
7 conſilio ſuo. 83. † Prædictam concluſionem limita non procedere quando quis in anno ſequenti vberes fructus ex beneficio grauato penſionis onere ſuſcepiſſet: nam eo caſu teneretur ſoluere penſionem pro anno præterito quo fructus non habuit: ſterilitas enim cũ vbertate compenſatur. Ita decidit Paul. de caſtro in. d. conſi. 338. col. penultima in fine: & col. vltima in principio: vbi dicit, ꝙ quando annua præſtatio eſt fienda ex redditibus certæ rei, ſi vno anno fructus non extant, expectanda eſt vbertas anni ſequentis: & ſterilitas cum vbertate compenſanda. l. ex eo. ff. de vin. trit. & ole. legat. & maxime quando præſtatio in pecunia conſiſtit. l. firmio in princi. ff. quando dies legat ced. idem voluit Felyn. Paulum referens in. d. c. ad audientiam el. ſecundo de reſcri. col. v. in verſiculo ſubdit Pau
8 lus: & allegat glo. in. c. vobiſ. in gloſ. final. xii. q. 2. quæ dicit. † ꝙ eccleſiarum prælati non poſſunt allegare temporis ſterilitatem, & incurſus hoſtium, ſi præcedentibus annis redditus vberes habuerunt allegat etiam plene tradita per doctores in. c. ſi propter ſterilitatem
9 de locat. † Secundo limita dictam concluſionem non procedere quando quis fructus beneficii non perciperet culpa ſua tunc enim omnino teneretur ad ſolutionem penſionis. Ita in terminis decidit Bellenci. in ſupra allegato tract. ſuo de ſubſid. charit. q. 34. allegat ad hoc tex. in. l. penultima in principio. ff. ſolut. matri. faciunt eti
10 am ea quæ ponit. d. Bellenc. in. d. ſuo tract. quæſtione. xxxiii. † Tertio limita concluſionem prædictam non procedere quando penſio

fuiſſet impoſita nõ ſuper fructibus,ſed ſuper titulo beneficii. Nam
tunc penſio debetur etiam ſi nulli fructus ſint percepti: ita conſul/
uit ſolennis doctor dominus Lodouicus Gozadinus in dicto con
ſilio ſuo. 8 3 .incipiente, circa dubium propoſitum. Ad prædicta
vide pulchrã deciſi.dominorum de rota numero. 8 6 9 .incipienté,
lego pro anniuerſario,in antiquis, in qua multa ponunt facientia
ad hanc materiam & notanda in præſenti quæſtione: quæ fere om/
nia recitat Caccialupus in.d.tract.ſuo de penſ.quæſtione.xvi. di/
cens ad dictam deciſionem tamquam ad fontem eſſe recurrendum
pro deciſione ſimilium occurrentium quæſtionum allegat etiam
ad materiam facere quæ ponit Petrus de anch.in.c.ſi propter de re/
ſcrip.in ſexto in ſecunda quæſtione principali & in conſilio. 3 2 8.
incipiente:circa iſtam perceptionem: in quibus locis examinat il/
lam quæſtionem ſi collector apoſtolicæ ſedis, qui debet habere fru
ctus primi anni beneficii vacãtis, inueniat illos occupatos ab alio
debeat habere fructus anni ſequentis: & plura alia adducit Cac/
cialupus, qui copioſe iſtam queſtionem examinauit in dicto ſuo
tracta. Et licet concluſio proxime firmata habeat pro ſe com/
munem opinionem Doctorum, nihilominus ſciendum eſt, ꝙ iſta
materia penſionis eſt adeo executiua & fauorabilis, ꝙ de ſtilo curię
retardationem non recipit. Ideo quantumcumq; quis fructus non
perceperit, cogetur tamen ad ſoluendum demum agere poterit ad
repetitionem indebite ſolutæ penſionis: dicunt enim Dñi curiales
ſolue & repete contra conſilium iuriſconſulti in.l. 3 .ff.de compenſ.
vbi habetur ꝙ melius eſt non ſoluere q̃ ſolutum repetere: & ego au/
diui iam multis annis ſniatũ fuiſſe ĩ ſacro auditorio rotę in quadã
cã hiſpana, in qua agebať cõtra rectorẽ beneficii ad ſolutionẽ pen
ſionis: ille autẽ ſe defendebat dicendo nõ teneri cũ ex illo beneficio
grauato onere pẽſionis nullos fructus pcepiſſet, cũ oliuæ, ex quarũ
fructibus cõſiſtebant redditus illius bñficii piiſſent ppter guerram
tñ ꝙ hac deféſiõe nõ obſtãte fuit lata ſnia cõtra rectorẽ illũ, vt tene
reť pẽſionẽ ſolueř: facit p iſta parte ea q̃ voluit Bar.i.l.Luci⁹.verſi.
11 † Quęro pone ꝙ teſtator.ff.de alimẽtis: & cibar.legat: vbi dixit ꝙ
alimẽta debenť ĩtegra ẽt ꝙ ſint relicta præſtari ex certo fũdo, ex quo
tñ q̃tum ſufficit ad ſolutionẽ alimẽtorũ nõ fuerit pceptũ pẽſio ãt
videtur cedere in cauſam alimentorũ vt vidimus late ſupra.q.li.fa/
ciunt etiam pro iſta parte dicta ſupra.q. 3 9 & .q. 4 3 . vbi conclu/
ſum fuit ꝙ nouus poſſeſſor beneficii teneatur ad ſolutionem pen/
ſionum decurſarum pro illis annis etiam in quibus ipſe non habuit

12 fructus, ſed eius prædeceſſor illos recepit. † Et ꝓpterea in iſta ma‑
teria penſionis quando debitor penſionis vult agere vel ſuper nulli
tate reſeruationis penſionis, vel ad illius reductionem, ſiue aliter: ad
hoc ne fraudetur penſionarius perceptione penſionis lite pendente
ſignatura non conſueuit dare cõmiſsionem iuſtitiæ niſi cum clau‑
ſula ſine retardatione penſionis. Et iſtam partem reperio tenuiſſe do
minum Alexandrum: del nieuo vicentinũ, qui legit in Almo Gym
naſio patauino ius canonicum tempore Alexandri de Imol. & fuit
ſolemnis doctor ætate ſua in quodam ſuo conſilio cuius tenorẽ de
verbo ad verbum inſerere hic decreui cum alibi non ſit impræſſum
In nomine domini noſtri Ieſu Chriſti eiuſq; glorioſiſsime matris ſẽ
per virginis totiuſq; cœleſtis curiæ amen. In cauſa nobilis & gene‑
roſi patricii Veneti domini Nicolai bono, quam habet cum Ab‑
bate ſanctorum Fauſtini & Iouitæ in ciuitate Brixienſi occaſione
penſionis reſeruatæ & aſsignatæ ipſi domino Nicolao ſuper fructi‑
bus & redditibus dicti monaſterii: quæ penſio eſt nonaginta duca‑
torum: & quæſtio inter ipſum Abbatem dicti monaſterii in hoc re
ſidet: quia dicit ablatos ſibi fructus per incurſus hoſtium: nam de
iure eſt ꝙ quemadmodum remittenda eſt penſio propter ſterilitatẽ
fructuum, ita etiam quando fructus auferuntur per incurſus hoſti‑
um: vt in l. ex conducto. §. 1. verſi. Idemq; dicendum & in l. ſi mer‑
ces. §. uis maior. ff. locat. Vnde dictus Abbas dicit, ꝙ eſt defalcan‑
da penſio ꝓ rata: & ꝓ ipſo facit glo. in clem. 2. de decim. in. 1. gloſ.
verſi. tertium ibi expeditur: vbi dicit ꝙ habentes penſionem in be‑
neficium vel ex mera gratia tenentur ſoluere decimam. Vnde ſicut
penſionarius debet ſoluere decimam de penſione ſua, ita etiam vi‑
detur dicendum ꝙ pro rata penſionis debet pati damnum incurſus
ſeu violentiæ hoſtium. Et pro iſta opinione etiã facit tex. in l. ſi de‑
bitor. §. veriſimile. ff. de contr. empt. vbi eſt tex. ꝙ ſi aliquis emit fru
ctum oliuæ pendentis pro decem ponderibus olei, & percepta fue‑
runt ſolũ quinq; pondera, non tenetur ſoluere emptor niſi pro quiq;
ponderibus. Sed incontrarium puto eſſe veritatem: & pro parte con
traria, quam credo eſſe veram, optime facit gloſ. in d. clemen. 2. de
13 decim. in verbo taxationem. † Quæ dicit ꝙ in locis in quibus de
cima papalis eſt taxata ad certã q̃titatẽ pecuniæ, puta ad decẽ, dato
ꝙ recipianͭ de fructib⁹ ſolũ. 50. debebunͭ tñ decẽ integra. & ſic non
inſpicietur ꝙ non ſint percepti tot fructus qui ſufficiant ad ſoluen‑
dam decimam, computando vt accipiatur vnus de decem, quia ſi
ſint percepta quinquaginta decima deberet eſſe quinq; tantum:
tamen

tamen ex quo facta eſt taxatio in decem non inſpicitur diminutio fructuum: quia de illis quinquaginta ſoluentur decem ac ſi fructus percepti aſcenderēt ad centum. Et ratio eſt ſm illam glo. quia etiam ſi ille qui debet ſoluere decimam percepiſſet mille, non ſolueret niſi decem. Ex quo eſt facta taxatio in decem. Ita in propoſito penſio eſt taxata in nonaginta aureos etiam ſi parum perceperit de fructibus debet ſoluere integram penſionem: quia etiam ſi dictus Abbas percepiſſet fructus in duplo q̃ eſſet conſuetudo non deberet ſoluere domino Nicolao niſi nonaginta: Non obſtat gloſ. praeallegata: quia penſionarius non ſoluit decimam cauſa exonerandi illum qui ſoluit penſionem ſed ſoluere tenetur: quia penſio reputatur eſſe beneficium Et ita vult illa glo. nam iſta ſolutio non fit cauſa exonerandi illum qui ſoluit penſionem. Nam etiam ſi penſionarius non deberet ſoluere decimam, nihilominus ille qui ſoluit penſionem non teneretur ſoluere plus de decima: quia de fructibus deberet deduci extimatio ſeu valor penſionis: quia non dicuntur fructus niſi deductis oneribus: vt in c. preſenti. §. porro. de off. ordi. in vi. hinc eſt, ꝙ ſi dominus predii illud locat pro certa mercede de fructibus ęſtimatio mercedis deducitur: & colonus ſeu conductor ſoluere debet decimam de parte fructuum quae apud ipſum remanet deducta ęſtimatione penſionis quam debet ſoluere locatori, & locator ſeu dominus fundi tenetur ſoluere decimam de mercede, ſeu pēſione quam recipit a conductore: vt in. c. tua. & in. c. a nobis. de decim. & tamen illi text. loquuntur de decima quae debetur de iure
14 diuino. †Vnde fortius hoc eſt dicendum in decima papali de qua deducendę ſunt expenſae quae fiunt cauſa fructuum, vt vult gloſ. in d. clemen. 2. in verbo taxationem de decim. in fi. ratio eſt ergo quare penſionarius ſoluit decimam Papalem quia penſio reputatur eē beneficium, non autem ſoluit cauſa exonerandi illū qui ſoluere debet penſionem: quia etiam ſi penſionarius non ſolueret, non deberet in plus grauari. cū non dicantur fructus niſi deductis oneribus. & per hoc illa gloſ. non habet obſtare. Nec obſtat. d. l. ſi debitor. §. veriſimile. ff. de contr. emp. quia ille text. loquitur quando fructus ſunt venditi expreſſa certa menſura. Et ideo ſi minus colligitur, pro rata debet fieri remiſsio: quia non pręſtatur illud quod conuētum eſt. & ita ſoluit Bart. in. l. ſi merces. §. vis maior. ff. locat. Idem dicit Bart. in. l. ſi ea ratione. C. de vſur. vbi dicit, ꝙ aliud eſt ꝙ quis vendat fructus commenſurando pręcium cum menſura fructuū: quia hoc caſu loquitur lex ſi debitor. §. veriſimile ſupra allegata: & aliud

eſt ꝙ vendantur fructus qui naſcentur, de quo inferius dicam. Sed
in caſu noſtro non comenſuratur prætium cum menſura fructuum
ſed eſt reſeruata penſio ſuper fructibus dicti monaſterii: & ideo d. l.
ſi debitor non facit ad propoſitum: tamen diſcurro per caſus vt co/
15 gnoſcatur veritas huius quæſtionis. † Et primus caſus eſt ſi pona
mus ꝙ iſte Abbas fructus collegerat, ſed per violentiam hoſtium
fuerunt ſubtracti & hoc caſu clarum eſt, ꝙ tenetur ad integram pē/
ſionem: quia fructus iam erant facti ſui. l. damnum. C. locat. & hoc
tenet Bart. in. d. l. ſi merces. §. vis maior in vltima col. ff. locat. in ver
ſiculo quandoq; conductor allegat damnum contingens in fructi/
bus: & idē dicit Bal. in. l. licet. C. eo. tit. & idē dicit Ioan. de Imol. in
c. propter ſterilitatem in. vii. col. de locat. in verſi. contra ſuperius ta
16 men dicta. † Secūdus caſus, ſi dictus Abbas habet tot fructus ſeu
percepit tot fructus qui aſcendant ad dimidiam partem fructuum
quos conſueuit colligere communiter: puta ſi conſueuit percipere
ducenta, percepit centum. Nam etiam hoc caſu nō debet diminui
pēſio: quia ſi non diminuitur in ſimplici conductore quando per/
cepit dimidiam partem fructuum illius partis quæ conſueuit cō/
muniter colligi: & ita tenet gloſ. in. l. ſi vno. ff. locat. & Azo in ſum/
ma. C. locat. verſi. Item agitur ex conducto & ſequenti: idem tenet
Bart. & Bal. in. l. licet. C. loca. & ibi dicit Bal. ꝙ dato ꝙ conductor
non perceperit aliquid ex vno fructu puta ex frumento ſi tamen ꝑ
cepit ex aliis fructibus, puta vino & aliis tantum ꝙ non reperiatur
deceptus vltra dimidiam iuſti prætii, non poteſt petere diminu/
tionem penſionis: & allegat optimum tex. in. l. diuortio. §. fin. ff. ſo/
lut. matri. & eſt opinio communis: & eam ſequitur Ioan. de Imol.
in. d. c. propter ſterilitatem, licet Bal. i. d. l. ſi merces. §. vis maior. ff.
loc. aliud dixerit, videlicet ꝙ debeat remitti penſio quando fructus
ita ſunt modici ꝙ nihil ſupereſt deducta impenſa: & idem dixit Sa/
lyc. in. d. l. licet. Sed iſta opinio non eſt vera: quia nunq̃ remitteretur
penſio pro rata, ſed deberet in totum ſolui vel in totum remitti. Et
17 ideo iſta opinio non eſt vera. † Et propterea communiter tenetur ꝙ
debeat remitti pēſio qn̄ cōductor eſt deceptus vltra dimidiā partē
iuſti prętii: qa nō ꝑcipit dimidiā partē illius quod cōſueuit colli/
gi. Hoſtien. & Io. andr. tn̄ dicūt ꝙ debet remitti pēſio ꝓ rata qn̄ cō/
ductor eſt damnificatus in tertia parte fructuū, puta ſi cōſueuit col/
ligere. xxx. & collegit ſolū xx. & ideo dicit dn̄s Abb. in. d. c. ꝑpter ſte
rilitatem: & ita intellexit illum tex. qui dicit ꝙ quando conductor
patitur magnum incōmodum, debet remitti penſio pro rata. Sed

etiã iſta opinio nõ eſt vera;quia iura requirunt damnum intollera
bile:vt in.d.l.ex conducto.§.ſi vis tempeſtatis: & in.d.l.ſi merces.
§.vis maior.ff.locat.vbi tex.expræſſe dicit ꝙ requiritur damnum
8 pluſq̃ intollerabile. † Nam dicitur damnũ pluſq̃ intollerabile quã
do excedit dimidiã iuſti prætii: vt quia nõ eſt ꝑcepta dimidia pars
fructuũ quæ cõſueuit percipi:& iſta eſt vera concl.& vera oppinio
vnde ſi non debet remitti penſio conductori quando percipit dimi
diam partem fructuũ qui cõſueuerunt percipi,multo minus eſt di-
minuenda penſio in caſu noſtro;quia conductor finito tempore lo
cationis tenetur dimittere fundum dño,nec amplius eſt percepturꝰ
fructus ex eo.Sed beneficiatus eſt percepturus fructus ex beneficio
donec vixerit niſi eo priuetur vel illi renuntiet. Sed remanet dubiũ.
19 † Quid ſi dictus Abbas nõ percepit mediam partem fructuũ quã
percipere conſueuit?an debeat remitti penſio pro rata?& adhuc cre
do q; non:& pro huius declaratione præmitto,ꝙ quando cõſtituit
penſio in beneficio perſona obligatur & non beneficium:vt in.c.ni
ſi eſſent de præben.& ideo dato ꝙ Papa reſeruauerit & aſsignauerit
penſionẽ ſuper fructibus,tamen perſona ipſius Abbatis principali
ter eſt obligata,& ipſi fructus ſunt obligati pro ipſa penſione ſoluẽ
da,non autẽ ſolutio fructuũ eſt poſita cauſa taxationis, ſed ſolũ cã
demonſtrationis.Et ideo etiam ſi nulli fructus percepti eſſent debe
ret ſolui integra pẽſio.l.Lucius.ff.de alim.& cibar.legat.vbi eſt bo
nus tex.Nam obligatio perſonalis nõ ſequitur fundum.l.fin.§.fi.ff.
de contr.emptio.vbi patet ꝙ ſi aliquis promittit ſoluere decem an
nua de fundo ſuo ſi alienet fundum nihilominus remanet obligatꝰ
& in hoc articulo iſta videtur eſſe cõis conclu. ꝙ aut certus fundus
ſeu certus locus deſignatur cauſa demonſtrationis aut cauſa taxa
tionis primo caſu quando locus deſignatur cauſa demonſtrationis
debetur penſio etiam ſi nullus fructus percipiatur vt in.d.l.Lucius
ff.de alim.& cibar.legat,&.l.quidam teſtamento.ff de leg.primo in
ſecundo vero caſu quando locus ponitur gratia taxationis ſi fructꝰ
non percipiuntur nihil debetur vt in.l. cum certus.ff.de vin.tri. &
ole.legat:& eſt bona gloſ.in.l.hactenus.ff.de vſufr.in verbo ab eo.
20 † Dicitur autem locus cauſa taxationis appoſitus quando quis ꝓ
mittit decem ſtaria frumenti quæ naſcentur in tali fundo quia re-
latiuum quis inducit condictionem.Secus ſi dicatur promitto de-
cem ſtaria frumenti ex tali fundo quia tunc locus intelligitur adie-
ctus cauſa demonſtrationis.Et hoc tenet gloſ.& Bart.in.l.inter ſti-
pulantem.§.ſacrã de verbo obligat.& etiã Io.de Imol.ibi & Cyn.

21 & Salic.in.l.ſi quis argentum.C.de dona.† Item quando locus eſt appoſitus gratia taxationis, tunc nihil debetur ſi nihil percipitur quando vnica pręſtatio ſeu ſolutio eſt facienda ſecus ſi plures præſtationes ſeu ſolutiones ſunt faciende ſingulis annis quia ſi fructus non naſcuntur vno anno debet ſuppleri ſolutio.ſeu fieri ſolutio de fructibus annorum pręcedentium vel ſequentium vt eſt tex.in.d.l. ex eod.ff.de vin.tri.& ole.legat.& in.l.legatum.§. vini falerni. ff.de an̄.legat.& ibi eſt bona glo.de hoc.& iſta eſt concluſio Bart.in.d. §.ſacram.& Cyn.& Salic.in præallegata.l.ſi quis argentum,& idē dicit Bal.in.c.1.in princ.de not.feud.vnde in hoc caſu non conſideratur ſterilitas vel fertilitas ſed ſolum an tot fructus ſint nati, vnde poſsit fieri integra ſolutio.Et ſi nō poteſt fieri vt quia tot fructus non ſunt nati debet ſuppleri ſolutio de fructibus annorum precedētium vel ſequentium etiam ſi in ipſis non fuit fertilitas.Nam ſufficit ꝙ in precedentibus vel ſequentibus annis ſint percepti tot fructus vt poſsit fieri integra ſolutio.Intelligendo tamen ſemper dū

22 modo non fiat exactio vltra q̄ dictus Abbas facere poſsit.†Quia clerici & religioſi non tenentur vltra q̄ facere poſsint:vt.l.miles.de re iudi.vbi glo.Bart.& doct.in.c.Odoardus.de ſolut.vbi etiam dominus Abb.Et ideo non video ꝙ in hoc caſu dictus Abbas poſsit petere aliquam diminutionem penſionis,nam iſta penſio debetur ſine aliquo onere nec ſubiacet fortune nec caſui fortuito circa pceptionem fructuum niſi vt ſupra dixi,facit.l.quotiens. C.de hęred. inſtit.vbi inſtitutus hęres in re certa non tenetur ſoluere onera hęreditaria. Et ideo dominus Nicolaus ad nihil aliud eſt obligatus niſi ad ſoluendam decimam Papalē quando imponitur rationē ſu

23 pradicta,† quia penſio cēſetur eſſe beneficium & tanq̄ de beneficio de ipſa ſolui debet decima, & iſtam puto eſſe veritatem.

Alexander del Nieuo vicentinus.

Penſio impoſita ſup fructibus canonicatus et prebende quos penſionem ſoluens dimiſit & aliam prebendam optauit in eadem eccleſia a quo ſolui debeat. Queſtio. lxiiij.

1 *Venetiarum ciuitas aliarum ciuitatum Regina.*

2 *Penſio eſt onus reale.*

3 *Prebende vbi ſunt indiſtincte per optionem nec prebenda nec canoni* catus

tatus variatur.

4 *Optio non liberat aliquem ab onere ſoluendi penſion̄ q̄n loco preben- de aſſignatur per procuratorem capituli certa portio canonico.*

5 *Epiſcopus poteſt facere ſtatutum de optando in eius eccleſia.*

6 *Conſuetudo optandi per annos.x.inducitur vbi prebende non ſunt cor pore diſtinctę.*

7 *Conſuetudo optandi inducitur ſpatio quadraginta annorum vbi præben de ſunt diſtinctę corpore.*

8 *Conſuetudo optandi non tollitur per non vſum.*

9 *Conſuetudo optandi locum non habet in præbendis per Papam reſerua tis & collatis.*

10 *Conſuetudo optandi locum non habet in beneficijs vacantibus in curia.*

11 *Optio quando locum habeat in beneficijs in curia vacantibus.*

12 *Optio locum non habet quando Papa mandat alicui prouideri de ma- iori præbenda.*

13 *Conſuetudo optandi non præiudicat apoſtolicis impetrantibus.*

14 *Optio an locum habeat in præbendis quæ vacant per permutationem.*

15 *Excommunicatus an poſſit optare.*

16 *Conſuetudo optandi vel ſtatutum quando dat optionem præſentibus tā tum an abſentes ad ſeruitia eccleſiæ vel Papæ comprehendantur.*

SExageſimotertio quæro:notorium eſt,ꝙ in multis eccleſiis tā cathedralibus q̄ collegiatis Italiæ viget optandi conſuetudo. Modo quidam canonicus in eccleſia:in qua huiuſmodi cōſuetudo viget canonicatum & præbendam obtinens ſuper illorum fructibꝰ redditibus & prouentibus conſenſit reſeruationi annuæ penſionis Sempronio clerico,& illam ſoluit aliquamdiu,Demū vacante alio canonicatu in.d.eccleſia cuius fructus vberiores erant dimiſſa pri- ma præbenda hanc vacantem optauit. an ipſe vel is qui aſſecutus eſt dimiſſam præbendam,teneatur ad ſolutionem penſionis.Iſtam quæſtionem nullibi tactam a doctoribus inueni & de ea pluries in
1 terrogatus fui in hac alma ciuitate Venetiarum. † Aliarum ciui- tatum Regina pro cuius deciſione diſtinguendum puto, ꝙ aut in eccleſia:ſunt præbendæ diſtinctæ actualiter & realiter:aut ſunt præ bēdæ vel portiones indiſtinctæ.Sed vnicuiq; canonico ad tempus certi redditus aſsignantur pro ſua portione vel a procuratore ſeu ca nipario capituli vnicuiq; ſingulis annis eius portio aſsignatur: vt in pleriſq; eccleſiis fieri conſueuit.Et iſte portiones proprio voca- bulo appellantur portiones priuilegiatæ;vt notat Innoc.in.c.dile-

ctus.cl. 1 .de p̄ben.Primo caſu qn̄ prebendę ſunt actualiter & reali
ter diſtincte non eſt dubiū ꝙ optans vacantē p̄bēdam dimiſſa illa
quā poſsidebat grauata onere ſoluendi penſionē amplius ad illius
ſolutionē non tenet.Nā ille penſionē ſoluere tenebitur q dimiſſam
2 p̄bendam fuerit aſſecutus † cū penſio ſit onus reale.c.niſi eſſent. de
p̄bē.& ibi not.doc.ideo dixit Fely.in.c.ad audientiā. cl. 2.de reſcri.
col.v.ꝙ ſi beneficiū grauatum in ſolutione annue pēſionis tranſiret
ad mille perſonas ſemper trāſit cum ſuo onere & ſucceſſorē grauat:
vt etiam dicit Paul.de caſt.in conſil.ſuo. 3 3 8 .incipiente,quia ex
ceptiones & Roma.in conſi. 3 8 8 .incipiente in caſu propoſite.&
dixi ſupra.q.xli.&.q.xlii.tali enim caſu poſsidens prebendam in ec
cleſia. ſi illam dimittat & aliam optet actualiter & realiter diſtin
ctam a prebenda dimiſſa dicitur conſequi nouum canonicatum:
quia prior canonicatus remanet cum prebenda dimiſſa & ſic conſe
quitur nouum canonicatum realiter & actualiter diſtinctum a pri
mo quem dimiſit.probatur in.c.literas de conceſ.preben.& in cle
men.ſi iuxta de preben.& ita per dicta iura concludit Rota deciſ.
3 47 0.incipiente queritur quanti temporis colum. 2 .in nouiſ. †Se
cundo vero caſu quando ſunt prebēde indiſtincte loquendo de pre
bendis temporalibus non de prebendis:vt ſunt tituli beneficiales:
& tunc per optionem nec prebenda nec canonicatus:vt ſunt tituli
beneficiales dimittitur:immo re vera canonicatus & prebenda ca
nonicalis prius habiti retinentur & ſolum prebenda temporalis,
ideſt terrenum pro portione fructuum canonico aſsignatum.& ſic
ſola temporalitas dimittitur:vt dicunt domini de Rota in p̄allega
ta deciſ.colum. 2 verſic.Secundo caſu.& tunc licet prebenda con
ſiſtat in certo fundo. Ex quo ille non eſt perpetuo annexus illi ca
nonicatui & prebende canonicali dicendum erit ꝙ cum penſio fue
rit aſsignata ſuper fructibus canonicatus & prebende quos puta
Sempronius obtinet , ꝙ cum primum ille fundus deſinit eſſe pre
benda illius canonicatus eo caſu ſuper illius fructibus amplius pē
ſio non debetur per not.in dicto.c.niſi eſſent.faciunt ea quæ tradit
Paul.de caſtr.in preallegato conſil. 3 3 8 .vbi dixit ꝙ quando fun
dus deſinit eſſe beneficii illius fructus amplius ad penſionem non
4 ſunt obnoxii. † *Si* vero per capitulum non aſsignantur certe & de
terminate prebende conſiſtentes in certo & determinato corpore.
ſed detur vnicuiq; canonico per procuratorem ſeu caniparium ca
pituli certa diſtributio.in bladis aut pecunia conſiſtēs.& ſic optio
non facit cenſeri nouum beneficium aut prebendam, vt prebenda

eſt titulus beneficialis:& tunc optans ſimiliter non euadet onus ſo
lutionis penſionis:quia per optionem non conſequitur nouũ be/
neficium:vt tradunt domini de Rota in.d.deciſ.470.Ex quorum
dictis deciditur preſens queſtio. Et predicta procedunt ſiue ius op/
tandi ex ſtatuto inducatur ſiue ex conſuetudine:quia idem eſt not.
5 in.c.fin.de conſu.in.vi.in gloſ.3.in fine. † Et poteſt Epiſcopus fa/
cere ſtatum de optando in eccleſia.vt per Butr.in.c.fin.de conſuet.
quod procedit quantum ad beneficia ſpectantia ad eius collatio/
nem:ſecus in aliis ne facto Epiſcopi ius aliorum lędatur:vt dixit
Milus in ſuo eleganti repertorio.in verſic. Conſuetudo & ſtatutũ.
6 † Optãdi autem conſuetudo inducitur per annos decem:vt tenuit
Ioan.andr.in.d.c.fin.de conſ.in.vi.hoc tamẽ procedit quando per
talem conſuetudinem agitur de mutatione portionum canonica/
liũ eccleſiæ in qua non eſt diſtinctio corporũ prebendarum:ſed be
7 ne portionũ ad tempus. † Secus quando agitur de mutatione pre/
bendarũ que habent certos redditus perpetuos,& cuilibet canoni/
catui eſt annexa ſua prebenda perpetuo: vt eſt in eccleſia paduana
& aliis.Nam tunc requiruntur anni.xl.ad inducendam talem con/
ſuetudinem:vt late per Bellem.deciſ.1.& deciſ.63.& vide per Fe
lyn.in.c.ſtatuimus de maior.& obedi.& Rot.deciſ.460.in nouiſ.
8 † Nec tollitur talis conſuetudo optandi inducta in aliqua eccleſia
per non vſum per longum tempus:vt decidit Ioan.and.in.d.c.fin.
cum canonicis competat per viam facultatis:vt per Franch.in.d.
c.fin.de conſuet.in.vi.in.2.col.vbi dicit ſecus eſſe qñ talis nõ vſus
inductus fuiſſet per contradictionẽ alterius partis illam conſuetu/
dinẽ impugnantis.Nam tunc tolleretur illa prima cõſuetudo per
contrariã conſuetudinẽ tanto tpe obſeruatam quantũ regrebatur
ad dictã conſuetudinẽ inducendã.allegat'Inno.in.c. accedentibus
9 de priuil. † Sciendum tñ eſt ꝙ optandi conſuetudo locũ non habet
in ꝑbendis ſpecialiter reſeruatis & ꝑ Papam collatis:vt ꝑ Archi.in
d.c.fi.& ibidem Io.and.Franch.& alii ꝑ tex.in.c.vt noſtrum.de ap
pel.& de hoc vidẽdus eſt Lapp.alleg.ſua.84.incipiente,dñs Papa
10 gratioſe cõceſsit.vbi bene diſtinguit:eum videre poteris. † Nec ſi/
militer locum habet talis conſuetudo in beneficiis vacantibus in
curia Romana.caſus eſt in.d.c.fi.de conſ.in.vi.& dicit Rota deciſ.
296.incipiente,ſicut canonicatus in nouis:ꝙ ſicuti canonicatus
& præbenda in curia vacantes per obitũ alicuius non poſſunt op/
tari vigore conſuetudinis. Ita nec groſsi fructus obtenti per cano/
nicum defunctum in Curia etiam ſi illi groſsi fructus redirent ad ca:

pitulum quod dicit declaratum fuiſſe per Gregorium papam.vi
11 † Limita tamen quod dictum fuit optionem locum non habere in beneficiis in curia vacantibus non procedere, quando infra menſem a die vacationis Papa non contulit canonicatum & pbendam in Curia vacantes. Ita voluit glo.in.d.c.fi.quam ſequitur ibidem Franch.in.§.in prębendis. vide domi.in.d.§.verſic. Quid ſi Papa:
12 facit tex.in.c.ſtatutum.de pręben.in.vi. † Secundo talis conſuetudo locum non habet quando mandatur per Papam alicui prouideri de maiori præbēda cum vacauerit in certa eccleſia in qua ſunt & maiores & minores prębende non obſtātibus ſtatutis & conſuetudinibus illius eccleſiæ contrariis quibuſcunq; & pręſertim illis quibus cauetur ꝙ nullus habere poſsit maiorem prebendam niſi primo minorem habeat & ad eam gradatim aſcendat. Ita decidit Rot.deciſ. 300.incipiente. Si mandetur alicui prouideri in nouiſ.
13 † Tertio dicta conſuetudo locū non habet quo ad apoſtolicos impetrantes quibus non preiudicat ſed ſolum locum habet illis non extantibus, ita decidit Rota deciſ. 219.incipiente. Nota ꝙ ſecundum.c.cum in tua.& iſta fuit communis opinio dominorū Rotæ quæ procedit propter clauſulas derogatorias quæ in literis ponun
14 tur. † An autem optio locum habeat in illis præbendis quæ vacāt per permutationem Ioan.andr.in.d.c.fina.de conſ.in.vi.tenuit ꝙ ſic: quem ſequitur ibi domi.& Petr.de anch. Contrarium autē videtur tenere idem Io.and.in addit.Spec.ſuper Rubrica de rer.pmuta.quem ſequitur Ioan.de lign.in dicto.c.fina.& Feder.de ſenis in tracta.de permuta. benefic.q.xxviii.& in conſil.ſuo.59. Idem tenuit Petrus de vbaldis in tract.ſuo de permuta. benefic.q.vltima. Imol.tamen in.c.fin.de rer.permuta.colum.xx. Concordando dictas opiniones dicit, ꝙ aut permutatio fit propter vtilitatem permutantium & tunc locum habet optio: quia talis permutatio ambitioſa videtur: & ſic reſtringenda. Quando vero fieret permutatio propter vtilitatem eccleſiarum, quod tamen raro fit temporibus noſtris & eo caſu dicit Imol. locum non habet optio: quia tūc permutatio eſt amplianda, quia fauorabilis. Iſtam diſtinctionem
15 ſequitur Franchus in dicto.c.fina. † An autem excommunicatus optare poſsit Rota deciſ. 195.incipiente, Acceptatio facta tenuit ꝙ ſic: quia optio non videtur eſſe noua collatio, vt per Archi.& alios in dicto.c.fin.& ad tex.in c. referente.de præben. vbi videtur expreſſum. ꝙ excommunicatus non poſsit optare. Reſpondet, ꝙ ibi per optionem acquirebatur ius in re & videbatur noua collatio, ſiue

tio ſiue nouus titulus. Contrarium autem videtur decidi in.d.deciſ.in vltima additione: vbi dicitur ꝙ Petrus de Peruſio in.d.c.referente tenuit per illum tex.ius optandi non competere excommunicato niſi prius abſoluatur etiam loquendo in terminis dicti.c.fin. de conſ.in.vi. Prima tamen opinio magis placet, quam tenuit Domi.in.d.c.fin.& ibidem Franch.& eſt communis, quæ illa ratione potiſsimum ſuſtentatur quia omnes concludunt ꝙ optio que fit iuxta terminos dicti.c.fin.non dat nouum titulum & nouum ius, nec habet vim nouæ collationis.de quo etiam per Anchara.in dicto.c.fin.hanc opinionem tenuit etiam Rot.deciſ.iiii.in Rubr.de ſenten.excommuni.in recol.Biſgnetti. Et Pariſius nunc meritiſsimus Cardinalis.in.c.dilecti.colum.1.de except. † Quid autem ſit
16 quando conſuetudo vel ſtatutum dat optionem præſentibus tantum: An abſentes exiſtentes in ſeruitiis eccleſię, vel Papæ tunc optare poſsint: Archi.in.d.c.fin.tenuit ꝙ non: & mouetur, quia conſuetudo talis eſt ſtricti iuris ideo non debet extingui.l.1.C.de emancip.liber.& dicit idem tenere Ioan.de ligna.ibi.ſed Ioan.andr.contrarium ibi tenuit. Tu vide Franch.ibi. colum.3.verſic. quid autem ſi conſuetudo: & circa iſtam materiam optionis vide plura que tradunt docto.in.d.c.fin.de conſ.in.vi.& Ioan.de ſelua vltramontanus in tract.ſuo de benefi.in.3.parte.q.36.& Milus in ſuo eleganti repertorio.in verbo conſuetudo.

Excõicatus qui fructus beneficij non percipit propter excommunicationem an penſionem ſoluere teneatur. Queſtio.lxiiij.

1 *Clericus excõmunicatus fructus beneficij percipere non debet.*
2 *Excommunicatus quo ad onera ſubeunda & ſoluenda pro non excommunicato habetur.*
3 *Bannitus ſua culpa tenetur ſoluere onera licet fructus non percipiat.*
4 *Nobilis propter delictum nobilitate priuatus tenebitur tamẽ ad onera.*
5 *Contumax in reſpondendo habetur pro confeſſo poſtq̃ eſt iuſſus reſpondere qñ confeſſio ad eius dãnum tendit.*
6 *Clauſula rato manente pacto non prodeſt frangent pactum.*
7 *Excõmunicatus non eſt exemptus ab officio ſed illud dicere tenetur.*
8 *Suſpenſus non percipiens fructus beneficii ſua culpa penſionem ſoluere tenebitur.*

9 *Clericus excommunicatus ſua culpa qui propterea fructus beneficij nõ percipit tenetur tamen ſoluere charitatiuum ſubſidium.*

SExageſimo quarto quero, vtrum excommunicatus qui propter excommunicationem fructus beneficii non percipit pen-
1 ſionem ſoluere teneatur. in hac. q. dicendum videtur, † q cum clericus beneficiatus excommunicatus fructus beneficii percipere non debeat. c. paſtoralis in fine. & ibi docto. maxime Innocen. de appel la. not. glo. in. c. ſtudeat. 50. diſtinctione. Archi. in. c. ad hæc. xxxii. diſtinctione. habetur per Hoſtien. in Rubr. de ſenten. excommunicatio. §. quis ſit effectus circa principium. in ſumma & cum penſio ſolui debeat ſuper fructibus beneficii excommunicatus q illos non percipit, videtur q ad ſolutionem penſionis non teneatur. Cõtrariam autem partem veriorem eſſe de iure arbitror. faciũt ea que voluit Bart. in. l. inter quos. §. damni. ff. de dam. infect. dum dicit, q ſacerdotes vltramontani qui excõmunicati fructus beneficiorũ non percipiunt: tenentur tamẽ cenſum ſoluere ſi culpa ſua excõmunicati ſint. nam tunc a cenſus ſolutione non excuſantur. l. ſi merces §. culpe. ff. locat. facit iuris regula damnum, q quis ſua culpa ſentit de regul. iur. in. vi. opinionem Barto. ſequitur Paul. de caſt. in dicto. §. damni. facit † quia excommunicatus quo ad onera ſoluenda & ſubeunda habetur pro non excommunicato. c. ſi vere de ſenten. excommuni. c. intelleximus. de iudit. not. per Innoc. in. d. c. intelleximus. vbi docto. & in. c. veritas de dol. & contu. Ad idem facit quod volunt docto. in. d. §. damni poſt Bart. vbi tenent † q bannitus ſua culpa qui fructus ſuorum bonorum non percipit: tamen tenetur ſoluere onera. quod etiam voluit Bald. in. l. ſi quis in fine. C. ſi propter publi. penſ. & idem Bal. in. l. ſed & milites. §. ſi ignominie cauſa. ff. de excuſ. tut. & Paul. de caſt. in. d. §. damni. & Alber. in l. princeps bona per illum tex. cum gloſ. ff. de verb. ſignifi. licet Romanus in ſuo conſil. 73. incipiente circa primum nulla videtur: cõtrarium tenere videatur indiſtincte loquendo: cuius opinionem intelligo procedere, quando fiſcus occupaſſet omnia bona banniti: & ita ſentit ipſe Romanus in princ. d. conſilii. † Facit etiam pro dicta deciſ. id quod notanter voluit Bart. in. l. 1. C. de infami. lib. x. & in. l. 1. de digni. C. libro. 12. & not. per Bald. poſt Dyn. in. l. ſi quis ſolidum. ff. de here. inſtitu. vbi dicunt, q ſi nobilis propter delictum nobilitate priuatur, tenebitur tamen ad onera & collectas poſt priuationem ad quas cęteri nobiles tenentur. ſolum enim no-

bilitate quo ad ſui commodum priuatur, non autem quo adeiu s incommodum. Ad idem facit quod voluit glo. in. §. fin. in. c. 2. de
5 confeſ. in. vi. que dixit † ꝙ contumax in reſpondendo habetur pro confeſſo poſtquam eſt iuſſus reſpondere ſi illa confeſsio tendit ad eius damnum, ſecus ad eius commodum. Ad idem facit quod
6 voluit Baldus in. l. cum proponas. la. 2. C. de pact. vbi dixit † ꝙ clauſula rato manente pacto non prodeſt frangenti pactum, ſed alteri parti tantum. facit etiam quod dixit Cardin. in clement. 1. in vi. oppo. de regular. vbi voluit ꝙ priuatus loco in capitulo non eſt priuatus quo ad onera. argumento text. in. c. reprehenſibilis in
7 verbo capituli diſciplinam de appella. † Ad idem facit quod voluit Cardin. loco preallegato. vbi dixit, ꝙ excommunicatus non eſt exemptus ab officio: quia illud dicere tenetur. allegat text. in c. pro illorum de prebend. vbi geſta ab excommunicato valent in eius incommodum. Facit quod voluit Barto. in. l. tutela. §. Item ff. de capit. dimid. vbi dicit ꝙ licet exbannitus deſinat eſſe ciuis intelligitur quo ad ſui commodum non quo ad incommodum. Et dixit Cardi. in. c. Ioannes. de teſtamen. ꝙ licet executor vltime voluntatis ſi fuit negligens per annum cadat ab officio exequendi. c. nos quidem de teſtamen. tamen in eius odium poteſt Epiſcopus ſi vult illum compellere ad exequendum, quia eius negligentia ſibi proficua eſſe non debet. Facit etiam quod not. Bald. in. l. cum quis. C. de nat. liber. & in auct. habita. C. ne fil. pro patr. facit etiam text. ad hoc elegans in. l. actione. §. Item qui ſocietatem. ff. pro ſoc. vbi renuncians ſocietatem ante tempus conuentum, remanet ſocius quo ad damna non autem quo ad lucrum. Et ad hunc propoſitum faciunt plura que accumulat copioſe Barba. in. c. intelleximus. colum. 2. de Iudit. & ibidem Felyn. colum. 1. qui reprobant dictum Bald. in. c. dilectus. el. 1. de reſcript. vbi Bald. dixit, ꝙ ſi fuit factum proclama, ꝙ quilibet iret ad exercitum, ꝙ banniti ab illa ciuitate non tenebuntur ire ad exercitum.
8 † Hoc idem quod dictum fuit de excommunicato dicendum eſt in ſuſpenſo, qui durante ſuſpenſione percipere non debet fructus beneficiorum: vt voluit gloſ. & ibi Butr. in. c. cum bone. de eta. & qualit. Innocen. in. c. ſicut. de cohabit. cleri. & mulie. & docto. in dicto. c. paſtoralis. Comprobatur predicta concluſio ex his que
9 voluit Bellenc. in tract. ſuo de ſubſid. charita. q. 33. † vbi decidit, ꝙ clericus excommunicatus ſua culpa qui fructus beneficii non percipit, teneatur tamen ſoluere charitatiuũ ſubſidium. Premiſſam

tamen concluſionem intellige procedere ſi clericus excommunicatus retinet poſſeſſionem beneficii per ea quæ voluit Paul. de caſtro in. d. §. damni & ibi Bart. Secundo intellige dictam concluſionem procedere ſi ſententia excommunicationis fuit iuſta: ſecus ſi fuit iniuſta. Ita voluit Bellenc. in. d. ſuo tract. de ſubſi. charit. q. 33. in fine loquens in clerico iniuſte excommunicato qui fructus beneficii non percipit: vt non teneatur ſoluere charitatiuum ſubſidium allegat not. per Ioan. and. in. c. olim el. 3. de reſti. ſpoliat. & in. c. cum dilecti de iis quæ vi metuſq; cauſa fiu. & prædicta procedunt quicquid dixerit gloſ. in. d. §. damni quæ contrarium videtur tenere: & ibidem a doct. reprobatur.

Eccleſia quæ uacat uel quaſi uacat ſuper cuius fructibus eſt appoſita ãnua penſio an teneatur ad illius ſolutionem. Queſtio. lxv.

1 *Penſio eſt onus reale annexum beneficio.*
2 *Iconomus eccleſię quæ vacat penſionem ſoluet.*
3 *Eccleſia vacans an iudicialiter conueniri poſſit ad ſolutionem penſionis.*
4 *Eccleſiæ vacanti datur curator cum quo iuditium agitatur.*
5 *Papa ſolus poteſt curatorem dare eccleſiæ cathedrali.*
6 *Epiſcopus poteſt dare curatorem eccleſiæ inferiori.*
7 *Penſio reſeruata ſuper fructibus monaſterij mortuo Abbate vel priore per quem ſoli debeat.*

SExageſimoquinto quæro, ſi eccleſia ſuper cuius fructibus eſt appoſita annua penſio, vacet vel quaſi vacet, vtputa quia epiſcopus ſeu illius rector capt⁹ ſit a paganis iuxta tex. in. c. ſi epiſcopus de ſupplen. negli. prælat. in. vi. An ipſa eccleſia ad ſolutionem penſionis teneatur: & quomodo fiet exactio talis pẽſionis. In hac quæſtione videtur prima facit dicendum ꝙ eccleſia vacans vel quaſi vacans non teneatur penſionem ſoluere: quia in literis reſeruationis huiuſmodi pẽſionis grauatur rector eccleſiæ & eius ſucceſſor ad illius ſolutionem & non eccleſia vt in. c. niſi eſſent de preben. verba enim literarum ſunt talia. Penſionem annuam ducatorũ puta. xx. auri de camera ſuper fructibus redditibus & prouentibus eccleſiæ talis per Sempronium eius Rectorem & ſucceſſores ſuos in. d. eccleſia annis ſingulis perſoluendam. Contrarium tamen par-

tem veriorem de iure arbitror,ꝙ immo tali caſu eccleſia tenebitur
1 ad ſolutionem penſionis. † Conſtat enim ꝙ penſio eſt onus reale
annexum ipſi eccleſiæ & ab illius rectore intuitu ipſius eccleſiæ de-
betur:vt per Paul.de caſtro in conſilio ſuo. 338.incipiente, quia
exceptiones in primo volu.col.vltima ſequitur Fely.in.c.ad audiē-
tiam el.2.de reſcri. Hinc eſt ꝙ viuente penſionario etiam ſi benefi-
cium ad mille manus tranſiret ſemper is qui pro tempore beneficiū
poſsidet ad ſolutionem penſionis tenetur:faciunt dicta ſupra.q.xl.
& facit tex.in.c.præſenti.§.porro iuncta glo.ibi in verbo oneribus
2 de off.ordi.in.vi. † Quomodo autem fiet tali caſu exactio penſio-
nis dicendum eſt,ꝙ iconomus ipſius eccleſiæ grauatæ penſionem
ſoluere debebit,& ipſe conueniri poterit. Facit tex.in.c.charitatem
xii.q.2.vbi patet ꝙ ſolutio onerum incumbentium eccleſiæ ea va-
cante fit ab iconomo. Ita etiam decidit in ſolutione charitatiui ſub
3 ſidii Bellenc.in tract.ſuo de ſubſid.cari.q.vii.in prima parte. † An
autem eccleſia vacans iudicialiter conueniri poſsit ſuper ſolutione
penſionis dicendum videtur ꝙ non:quia iuditium agitatum cum
eccleſia vacante regulariter nullum eſt.c.fin.ne ſed.vacan. dicas ta-
men in hoc articulo ex mente doctorum in.d.c.fin.ꝙ ſi eſſet de pro
ximo eccleſiæ vacanti de Rectore prouidendum nouus Rector ex
4 pectādus eſſet. † Si vero vacatio diutina eſſet, tunc eccleſiæ cura-
tor dari poterit cum quo iudicium agatur.l.prima & ſecunda.ff.de
cur.bon.damn.& dabitur vacanti eccleſiæ viſitator.c.obitum.lxi.
diſtinct. Ita voluit Innocen.in.c.primo ne ſed vacan. quem Abb.
5 ſequitur in.d.c.fin.col.prima in fine. † Vbi dixit ꝙ ſolus Papa cu-
ratorem dare poterit eccleſiæ cathedrali & eius bonis quo ad effe-
ctum agendi:adducit tex.in argumentum in.c.is cui de elect.in.vi.
6 & tex in.c.paſtoralis de off.ord. † Si autem ſumus in eccleſia infe-
riori epiſcopus poterit curatorem deputare: quia epiſcopus in ec-
cleſiis non collegiatis quarum vacatio eſt diutina agere & defende
re poteſt.c.fin.de ſucceſ.ab inteſt. Si autem eccleſia grauata penſio-
nis onere ſit collegiata, & tunc ſi vacatio eſt diutina capitulum ad
ſoluendum penſionem cōueniri poterit. Nam tali caſu capitulum
agere poteſt pro ipſa eccleſia cum conſenſu tamen epiſcopi ordina
rii:vt voluit Abb.in.d.c.fin.faciunt ad prædicta quæ late tradit
7 Imol.in.d.c.primo in.v.&.vi.col.ne ſed. vacant. † Si vero penſio
eſſet reſeruata ſuper fructibus alicuius monaſterii habentis Abba-
tem vel priorem & conuentum eo caſu,quia mortuo Abbate con-
uentus habet monaſterii adminiſtrationem & omnium rerum, tūc

ex quo conuentus poteſt iudicium inſtituere & per ſe ipſum agere. Vt tenet Innoc.in.c.cum dilectus de conſuet.& Cardi.in clemen. ne in agro.§.Abbate de ſtat.regul.q.2.cum quatuor ſequentibus & ibidem lapp.& idem in clemen.ſtatutum de elect. quos refert & ſequitur Ioan.Franc.Pauinus qui fuit auditor Rotæ in tract. ſuo de off.& poteſt.cap.ſed.vacan.in.vi. præludio.verſiculo: ſexta ſedes ideo tali caſu conuentus conueniri poterit ad ſolutionem penſionis.

Penſionarius cui reſeruata fuit penſio libera ab omni onere an teneatur ad onus inſolitũ. Qõ. lxvi.

1 *Dictio quodcunq; includit omnimodam generalitatem.*

2 *Clauſula generalis ſequens renunciationem quorumdam caſuum fortuitorum includit ſimilia expreſſis.*

3 *Caſus fortuiti inſoliti non compræhenduntur in generali renunciatione caſuum fortuitorum.*

4 *Vendito frumento pro pretio tali tẽpore curente ſi tempore ſolutionis fiẽde prætium currens erit exceſſiuum illud non debetur.*

5 *Promittens expenſas ſoluere tenetur ad ſolitas non inſolitas.*

6 *Bartoli magna eſt auctoritas.*

SExageſimoſexto quæro vtrum penſionarius cui reſeruata fuit annua penſio ſuper fructibus alicuius beneficii libera & exempta ab omni onere decimarum ſubſidii charitatiui, & quocumq; alio onere teneatur contribuere ad onus impoſitum ſuper fructibus beneficii inſolitum & inconſideratum. In iſta quæſtio-
1 ne videtur prima facie. † Dicendum ꝙ ſic: quia illa dictio quocumq; includit omnimodam generalitatem ideo vbicumq; apponitur ſi lex non diſtinguit nec nos diſtinguere debemus.c.ſolitæ benignitatis prope finem de maior.& obedi.& ibidem not.Abb.in vltimo not.& dixi ſupra quæſtione.xix.numero ſecundo. Contrarium tamen dicendum de iure arbitror. Ad quod facit doctrina Bar-
2 tolus in.l.ſed & ſi quis.§.quæſitum.ff.ſi quis caut. † Vbi voluit ꝙ clauſula generalis ſequens renunciationem quorundam caſuum fortuitorum de ſimilibus expreſsis intelligatur non grauioribus. Ad idem facit quod dixit Antonius de Butrio in capitulo quintauallis col.24.ibi hec vera de iur.iuran. vbi dixit ꝙ clauſula compromiſsi dans facultatem arbitro lædendi in quantitate magna &

quacumq; alia generaliter intelligitur in non multum maiori. Ad idem quod voluit Angel. in conſilio. 174. incipiente, præmittendum eſt: vbi dixit ꝙ ſi quis obligauit ſe de euictione ſiue res de iure ſiue de facto vel quocumq; alio modo euincatur, non tamen erit obligatus ſi iudex de facto ordine iuris non ſeruato illum cui facta fuit obligatio, condemnet: non videtur enim inter partes de actu tam extraneo cogitatum: facit pro hac parte tex. elegans in. l. ſiſtulas. §. frumenta. ff. de contr. empt.
3 † Per quem tex. Barto. in. d. §. quæſitum ad finem dixit, ꝙ ſub generali clauſula caſuum fortuitorum non venit: caſus fortuitus inſolitus. Idem dixit Bal. in. l. 1. C. de poſi. & Bal. & Saly. in. l. licet. C. locat. Butr. in. c. 1. de comod. & ſequitur Alex. in conſi. 28. col. penult. verſi. ſed his non obſtantib9 in. 1. volu. & in conſi. 173. incipiente, viſis & accurate col. penul. verſi. his non obſtantibus in. 2. volum. & Bal. i. l. falſus col. vlt. circa mediũ. C. de furt. & hanc partem tenuit etiam Alex. conſi. 108. incipiente perſpectis verbis inſtrumenti: in. 3. vol. col. penul. & Iaſon in. d. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum col. penul. ff. ſi quis caut. vbi defendit Bartoli opinionem ab obiectis Rom. Paul. de caſt. & Alexandri ibidem qui tenuerunt contra Bart. pro cuius opinione adducit tex. in. l. ſcio. §. medico ff. de annu. legat. quem etiam adducit Fely. in. c. ſedes col. 2. verſi. quod generalis ſermo de reſcri. & cum
4 Bart. tranſeunt magis communiter doct. pro cuius opinione. † Facit quod voluit Imol. in. l. prætia rerum col. vlti. ff. ad leg. falcl. vbi tenet ꝙ ſi ſit venditum frumentum & promiſſum prætium currẽs tali tempore ſi tempore ſolutionis fiendæ eſſet careſtia inſolita nõ exiſtens nec cogitata tempore contractus nõ audietur venditor volens prætiũ illius tẽporis: quod tamen ibidem impugnat Alex. quĩ tenet contra Bart. Ad idẽ facit quod voluit Angel. in. §. oportet in
5 auc. de iudit. p glo. ibi quã ad hoc reputat notandũ. † Vbi dixit ꝙ qui promittit ſoluere expẽſas tenet ad expẽſas ſolitas & moderatas nõ autẽ ad imoderatas, & ppterea dicebat Angel. hoc notandũ eſſe pro ſtatuto peruſino dictãte, ꝙ ſi aliquis pmiſerit p debitore, & debitor non ſoluat, poteſt pmiſſor capere pecuniã ad vſurã, vt ſatisfaciat creditori & quaſcũq; vſuras ſoluerit, repetet a debitore. Tale. n. ſtatutũ intelligi debet de vſuris moderatis nõ de imoderatis. Plura p iſta parte adducit Fely. in. d. c. ſedes col. 3. cũ qua videt trãſire & tutũ nõ eẽt in pratica recedere ab iſta opiniõe Bar. cũ qua vr ẽt ſentire Bal. i. c. cũ olĩ de cõſu. & i. c. qm̃ frequẽter ĩ pric. col. penu. vt lit. nõ cõteſ. & Cuman. i. d. l. ſcio. §. medico. ff. de an. le. ẽ. n. mag. aucto.

Bartoli, vt ſcribit Claud. in repet. l. vt vim. colum. vlti. ff. de iuſt. & iur. & Iaſon. in. l. quidam cum filium. ff. de verbo. obligat. & in. l. ſi ex legati cauſa eod. tit. vbi dixit ꝙ Barto. veſtigia ſemper adorat. & dicit Curtius iunior conſil. v. colum. 1 3. & conſil. 1 2. colum. 4. ꝙ Barto. eſt ſpeculum & lucerna iuris ciuilis. & ꝙ omnes ipſum venerari ſolemus, & vt ducem optimum ſequi. & refert Caccialup. in tract. ſuo de modo ſtudendi ꝙ in hiſpania & Luſitania regio decreto ſancitum eſt ꝙ in caſibus in quibus doctores varii ſunt opi-
6 nio Bartoli prȩualeat. †Et ex prȩdictis cōcludo ꝙ pēſionarius qui habet penſionem exemptam ab omni onere decimarum ſubſidii charitatiui & quocunq; alio onere non erit exemptus ab onere inſolito & non excogitato. Et propterea cum de hoc ſæpe fuerim conſultus ita reſpondi. Erit tamen cautela, ꝙ in literis reſeruationis annuæ penſionis dicatur a quocunq; onere tam ſolito q̄ inſolito, & tam excogitato q̄ non. quacunq; auctoritate etiam laicali impoſito & imponendo. quo caſu penſionarius erit tutus & immunis a ſimilibus oneribus.

Clericus in impetratione beneficÿ an mētionem facere debeat de penſione. Queſtio. lxvÿ.

1 *Clericus tenetur facere mentionem de penſione ſibi aſſignata in titulum beneficÿ.*
2 *Clericus de pēſione quā habet in ſtipendiū non tenet̄ facere mentionē.*
3 *Clericus de preſtimoniis in ſtipendiū datis mentionem facere nō debet.*
4 *Clericus de penſione ſibi aſſignata loco beneficii mentionem facere tenetur.*
5 *Clericus pauper impetrans in forma communi non tenetur facere mentionem de penſione quam percipit a laico.*
6 *De reddítu qui non vacat morte impetrantis fienda non eſt mentio.*
7 *Clericus impetrans in forma pauperum tenetur facere mentionem de pēſione quocunq; titulo illam habeat.*
8 *Gratia in forma cōi gratię eſt fauorabilior gratia in forma pauperum.*
9 *Quantitas penſionis exprimi non debet vbi de ea fieri debet mentio.*
10 *Expreſſio valoris in impetrationibus introducta eſt per regulas cancellarie.*
11 *Penſio an comprehendatur ſub verbis quodcunq; beneficium.*
12 *Penſio & beneficium in regulis cancellarie vt diuerſa ponuntur.*
13 *Penſio non vacat ſed extinguitur.*

Sexageſimo

SExageſimoſeptimo quæro vtrum clericus impetrans benefici-um mentionem facere debeat de penſione quam percipit ſibi reſeruatam ſuper fructibus alicuius beneficii menſæ vel dignitatis. Iſtam quæſtionem tangunt doct.in clemẽ.2.de off.ordi. vbi Cardi.q.ix.& Imol.Ibidem col.1.verſi. An impetrans & milus in ſuo repertorio in verbo gratia verſiculo.xvi.& Calder.conſi.vi. in titulo de præben.& iſtam quæſtionem tangit etiam Caccialupus in tract.ſuo de penſ.q.xxvi.ex quorum dictis elicio infraſcriptas
1 concluſiones. † Prima φ ſi penſio ſit clerico aſsignata in titulum beneficii, vt habetur per Abb.in.c.conquerẽte in tertio not.de cle. non reſid.& dixi ſupra.q.prima &.q.xxi.&.xxviii.& tunc de tali pẽſione eſt fienda mentio in impetratione beneficii alias impetratio eſſet nulla vt per Cardin.Imol.& ceteros in.d.clem.2.de off. ordi. Calde.in.d.conſi.vi.Et Cardi.in.c.poſtulaſti col.penultima verſi.ſecundo quæro & ibidem Imol.col.2.verſi.Secundo poteſt quęri de reſcri.vbi refert id tenuiſſe Goffredum: hanc etiam opinionem tenuit Butr.in.d.c.poſtulaſti col.1.verſi.Queritur aliquis:& eſt opinio communis doct.quam ſequitur Ioan.Andr.in.c.ſi motu pro-
2 prio in verſi.beneficium de præben.in.vi. † Secunda erit concluſio φ de Penſione quam quis percipit in ſtipendium ab eccleſia, vt puta pro pulſando campanas aperiendo fores eccleſiæ vel alias pro remuneratione laborum in impetratione beneficii non tenetur mẽtionem facere ita tenuit Paul.& Zenzel.in.d.clem.2.de off. ordi. quos ibi refert Card.dicens Idem tenere vinc.in.c.ſuper inordinata de præben.& Archi.in.c.ſi motu proprio de præben.in.vi. hanc opinionem tenuit etiam Imol.in.d.clem.2.col.penul.verſi.an impetrans & idem Imol.in.d.c.poſtulaſti col.penul.verſi.ſecundo po-
3 teſt quæri & ibi Card.Butri.& alii & per Fely.etiam ibidem. † Faciunt not.per Calder.in.d.conſi.vi.de pręben.vbi dixit φ ſi præſtimonia ſint data alicui in ſtipendium de illis non eſt facienda mentio ſicuti de titulo patrimonii ad quem quis eſt intitulatus fieri nõ debet mentio allegat not.in.c.in noſtra de reſcri.Iſtam concluſionẽ tenet etiam Milus in ſuo repertorio in verbo gratia verſi.xvi.& domin.in.d.c.ſi motu proprio.col.2.verſiculo.Sed quid de habente: & Ioan.Andr.ibidem col.fin.verſi.Beneficium & ratio prædictorũ eſt: quia talis penſio non eſt beneficium eccleſiaſticum: quinimmo eſt quid mere temporale quod cadere poteſt in merum laycum vt p Bal.& alios in.c.ad audientiam el.2.& ibi Fely.col.1.de reſcri.& dixi late ſupra.q.xxviii.hanc cõcluſionem ſenſit etiam Caccialupus

in præalle.trac.ſuo.q.xxvi.quam etiam reperio tenuiſſe Cotheum in.conſi.xii.incipiente,viſo puncto in.2.vol. † Tertia concluſio erit ꝙ de penſione quæ aſsignatur clerico loco beneficii,vt decentius ſuſtentari valeat vel pro alimentis,& præſertim quando fuit aſſignata ex eo ꝙ penſionarius renunciauit beneficiū ſuper cuius fructib⁹ fuit aſsignata:ſiue quia ceſsit iuri liti & cauſæ, vt fit tota die & de tali penſione impetrans mentionem facere tenebitur.Ita procedunt dicta per Innoc.& Compoſtol.in.d.c.poſtulaſti de reſcrip. vbi indiſtincte dicunt,ꝙ ſi quis habeat aliquam penſionem ab eccleſia de ea mentionem facere debet:allegant tex.in.c.poſſeſsiones. xvi.q.1.& tex.in.d.c.ad audientiam de reſcri.Ita ſenſit Calderi. in conſi.xxx.in tit.de preben.in fine vbi Calder.dixit,ꝙ licet Innocē. generaliter loquatur dicens fieri debere mentionem de poſſeſsione redditu ſeu penſione habitis ab eccleſia tamen intelligi debet quando talia habetur loco beneficii quod ex eo deprenditur:quia Inno. allegat pro fundamento ſue deciſionis:tex.in.d.c.ad audientiam ꝓ iſta concluſione vide etiam Oldr.conſi.lxxxi.in.1.col.Ad vnum tamen eſt aduertendum videlicet ꝙ Antonius de Butr.in.d.c. poſtulaſti col.1.verſi.quæritur aliquis & ibidem Petr.de anch.in.1.col. verſiculo quandoq; quis ſentiunt ꝙ in.d.c.ad audientiam el.ſecundo penſio habeatur in titulum:ideo ſit opus de ea mentionem facere nam eorum opinionem arbitror non eſſe veram:quia ille tex. hoc non dicit, ſed bene probatur ibidem, ꝙ penſio habita vigore literarum ad beneficia ſucceſſerat loco beneficii, cum ille renunciauerit illis literis ad beneficia, vt haberet penſionem,& ſic commodum ſine aliquo onere.

5 † Quarta erit concluſio ꝙ clericus pauper impetrans non in forma pauperum,ſed in forma communi nō tenetur facere mentionem de penſione quam a laico percipit,poſito ꝙ ſit ſibi aſsignata vt titulus beneficii auctoritate epiſcopi talis enim penſio cum extinguatur cum perſona ipſius ſi non exprimatē non reddit gratiam pauperis impetrantis in forma communi nullā ſecus ſi eſſet penſio perpetua iure beneficii conſtituta quæ eſſet trāſitoria de perſona in perſonam.Nam eſto ꝙ talis penſio nō eſſet beneficium tamen eius taciturnitas gratiam vitiaret etiam ꝙ ipſa pēſio non eſſet conſtituta ab eccleſia:ita ſignantur decidit Rot.deciſ. ccx.incipiēte,nota ꝙ pauper clericus in antiquis & not.in.c.ſi pauper de preben.in.vi.& in.c.poſtulaſti per Inno.& Hoſtien.de reſcri. pro iſta concluſione facit quod not.Felyn.in.c.in noſtra verſi.trigeſimum.

6 † Correlarium de reſcri.vbi dixit ꝙ non eſt facienda men

tio de aliquo redditu qui non vacat morte impetrantis nec habet alteri conferri ſupra dictam concluſionem: tenet idem Fely.in.d.c.
7 poſtulaſti col.x.in verſi.tertia declaratio de reſcri. † Quinta erit cõcluſio ꝙ impetrans in forma pauperum mentionem facere tenetur de pẽſione quocunq; modo illam habeat: quia gratia in forma pauperum fit ad releuandum pauperem ideo ſi taceatur quod quis habeat penſionẽ vnde viuere poſsit, litere erunt ſurreptitiæ, quia tũc tale quid tacetur quo expreſſo difficilius quis vel ſaltim non in forma pauperum gratiam obtinuiſſet. Ita voluit Felyn.in.c.in noſtra verſi.trigeſimũ Correlariũ de reſcri. Allegat hoc velle Domi.i.c.poſtulaſti in lect.& in repet.col.xii. de reſcri. Hanc concluſionẽ tenet idem Fely.in.d.c.poſtulaſti col.x.verſi. Tertia concluſio & ibidem Joan.andr.ſuper vlt.glo & Archi.in.d.c.ſi pauper clericus in princ. de preben.in. vi. Iſtã concluſionẽ ſentit etiã Caccialupus in.d.ſuo tract.q.xxvi.ad quam multũ eſt aduertendum: quia aliter videtur ſentire Rota deciſ.xi.in tit.de prebẽ.in antiquioribus: vbi decidit ꝙ impetrans in cõi forma pauperum non tenetur facere mentionẽ de penſione annua ad quam fuit intitulatus ad vitam ſuam ſuper bonis cuiuſdam laici, & ad illum titulum fuit promotus ad ſacros ordines: quia talis penſio non eſt beneficium eccleſiaſticum nec titulꝰ perpetuus & ſpiritualis. Nam illo moriente expirabit: ſed ſolum tenetur facere mentionem cum obtinet beneficium eccleſiaſticum & ſpirituale præſertim tale ꝙ poſt eius obitum eſſet alteri cõferendũ & ſubdit ibi rota, ꝙ ita pluries fuit iudicatũ, hoc idẽ voluit Card. in.d.clem.1.§.1.verſi.vii.quæro de ſupplen. negli.prelat.vbi dicit ꝙ impetrans in forma pauperũ ſi non facit mentionẽ de penſione quam obtinet vti beneficium eccleſiaſticum, eius gratia eſt ſurreptitia: ſecus quãdo pẽſio non eſt beneficiũ eccleſiaſticũ. Iſtã opinionem tenet etiã Franch.in c.ſi pauper clericus col.2.in verſi.in glo. finali de preben.in.vi.dum refert Archi.ibi dicentem ꝙ gratia pauperis eſt ſurreptitia quãdo paup impetrãs nõ fecit mentionẽ de pẽſione quã habebat, ſi illa penſio eſt ſibi ſufficiens ad vitæ neceſſaria dicit enim ipſe Franchus, iſtud eſſe intelligendũ quãdo pauper impetrans haberet penſionem vt titulum: alias ſecus. Caccialupus loco præallegato dicit prædictam Rotæ deciſionem intelligendam eſſe in gratia in forma communi hoc eſt in forma gratiæ communis. Sed iſta intelligentia eſt de directo contra tenorem dicte deciſionis quę apertæ loquitꝰ in forma cõi pauperũ: & ſic nõ põt intelligi in gr̃a in forma cõi gr̃æ: eſt igitꝰ opus alio collirio ad ſanãdã hãc

8 ægritudinem. † Sed prima opinio videtur iuridica per rationes ſupra allegatas pro qua facit: quia gratia in forma cõi gratię eſt fauorabilior q̃ gratia in forma pauperum: vt inquit Franchus.in.d.c.ſi pauper clericus.col. 1.de præben.in.vi.& Feder.de ſenis conſi. § 6. circa finem.quod patet quia literæ gratioſæ non expirant per adeptionem alterius beneficii.dummodo non ſit incompatibile cum primo ſecus in literis in forma pauperum: quia ille expirant ſi impetrans adipiſcatur aliud beneficium etiam cum primo compatibile ita voluit gloſ.in.d.c.ſi pauper clericus & ibi doc. Quinimmo etiam ſi beneficium quod aſſequeretur pauper clericus eſſet minimi valoris, puta.xx. ſolidorum, induceret hunc effectum ſm Archi.Ioan.and.& Franch.in.d.c.ſi pauper.Ergo maior expreſsio requiritur in gratia in forma pauperum q̃ in gratia in forma communi gratiæ: quod tamen non eſſet, ſi teneremus vltimam opinionem ſupra relatam Rotæ in.d.deciſ.xi.& aliorum. Cogita tamen, quia malo probabiliter dubitare q̃ temere diffinire. Adde prædictis ꝙ Staphileus qui fuit auditor Rotæ curiæ Romanę magnus practicus in tract.ſuo de literis gratiæ char. 22.verſic.ex prędictis etiã colligitur dicit ꝙ propter prędictas doctorum difficultates & opiniones facta eſt vna regula cancellariæ, qua cauetur ꝙ obtinens beneficia viginti quatuor librarum, aut alterius ſimilis monetę & ſimiliter percipiens annuam penſionem ſimilis valoris & ſummæ ſuper fructibus alicuius eccleſię poſsit in forma communi pauperũ literas impetrare, ita tamen ꝙ per aſſecutionem alterius aliã dimittere teneatur: & penſio ceſſet & expiret. vide etiam circa prędictam concluſionem quę adducit Ludo.Gomes auditor Rot.in ſuo tracta.gratiarum expectatiuarum.numero.74. Et ſi cupis plura notabilia videre in materia gratiæ in forma pauperum vltra adducta per docto.in.d.c.ſi pauper clericus vide Lapp.alleg.in ſua.79. Et Staphileum loco preallegato. † Sexta erit concluſio, ꝙ in caſibus

9 in quibus dictum fuit debere in impetratione beneficii fieri mentionem de penſione non eſt neceſſe ꝙ exprimatur quantitas penſionis: nam de iure cõmuni non eſt neceſſaria expreſsio valoris in impetratione, vt habetur per Abb.& alios in.c.ad aures.vbi Fely.coſum. 3.verſic.Prima concluſio per glo.& doct.vbi Cardi.in clem.

10 1.de preben. † Iſta enim expreſsio valoris eſt introducta per regulas cancellariæ que ſunt exorbitãtes & loquuntur de beneficiis eccleſiaſticis propterea non videntur extendendę extra caſus in quibus loquuntur.caſus autem ommiſſus & non compręhenſus remanet ſub

net ſub diſpoſitione iuris cōis.l.commodiſsime.ff.de liber.& poſt-hu. ita ſub dubio decidit Fely.in patrimonio & præſtimonio in caſibus in quibus de eis eſt neceſſe fieri mentionem in impetratione in.d.c.poſtulaſti col.x.circa finē in verſi.Sexta & vltima declaratio de reſcri.cuius dicta reaſſumpſit Caccialupus in ſupra allegat.tra. ſuo de penſ.d.26.q.dicens aduertendum eſſe ꝙ in regula cancellariæ de valore beneficiorum exprimendo dicitur expreſſe valorem quorumcumq; beneficiorum exprimi debere ergo videtur ꝙ includat etiam præſtimonia & penſiones per gloſ. in clemen.
11 2.de vit.& honeſt.cleri. † Tu tamen dicas quod per illa verba aliud quodcunq; beneficium ſeu quorumcunq; beneficiorum poſita in.d.regula cancellariæ non compræhenditur penſio. Nam quotieſcunq; dictioni geminatæ, vt eſt illa quodcunq; adiungitur dictio alius, alia, aliud, tunc talis dictio quę alias importaret omnimodā generalitatem, vt in.c.ſolitæ benignitatis iuncta glo.ibi de maior. & obed.reſtringitur ad ſimilia expræſsis caſus eſt in.l.ſi fugitiui: & ibi glo.cōmuniter approbata. C.de ſeruis fugit. Ita dixit Sozinus in conſi.ſuo.104.incipiente, in caſu conuentionis col. 1.verſi.primum probatur in tertio volumine vbi ad hoc citat aliorum auctoritates. Idem Sozi.in conſi. 110.incipiente viſo ſtatuto & cōſilio xxiii.col.1.& conſi.86.col.vlt.in quarto volum.vide ad hoc quę dixi ſupra.q.xix.circa finem in verſi.quarto facit: vbi opinionē Felyn.& Caccialupi in hoc reprobaui, & tanto magis hoc non procedit in caſu noſtro. † Quia in regulis cancellariæ penſio & beneficium ponuntur vt diuerſa: vt patet in regula cancellariæ de conſenſu
12
præſtando: & inſuper dicta regula de valore beneficiorum exprimēdo loquitur de beneficiis vacantibus. † Penſio autem non vacat,
13
cū nō ſit eccleſiaſticū beneficiū, ſed finit morte pēſionarii: ſecuti finitur vſufructus morte vſufructuarii.§.finitur inſti.de vſufr.& dixi ſupra.q.1.& licet dicat in.d.regula & aliorū quorunq; beneficiorū, intelligit de ſimilibus expreſsis & ſic de vacātibus per ſupradicta.

Pēſio cōſtituta p̄ epiſcopū cum eius capitulo alicui ad uitā an p̄ ſucceſſorē reuocari poſsit. Q.ō.lxviii.

1 *Seruitium impenſum ex eo non probatur quod aſſeratur.*
2 *Donatio ſi fiat alicui propter merita de meritis apparere debet.*
3 *Penſio conſtituta pro ſeruitio impēdendo per ſucceſſorem reuocari pōt.*
4 *Donatio facta alicui p̄ prælatū ob benemerita meritis cōmēſurari debet.*

SExageſimooctauo quæro ſi epiſcopus cum conſenſu capituli conſtituit alicui ad vitam annuam penſionem an ſucceſſor illã reuocare poſsit. Iſtam quæſtionem tangit Cardi. in clem. 1. q. xix. de reb. eccl. non alienan. vbi refert Laurentium diſtinguentẽ, ꝙ aut talis penſio fuit conſtituta pro ſeruitio vel officio iam impẽſo, aut pro ſeruitio impẽdendo: Primo caſu decidit ꝙ penſio non reuocabi
1 tur quando de ſeruitio iam impenſo conſtat. † Quod tamen ſeruitium impenſum non probatur ex eo ꝙ id aſſeratur in literis reſeruationis penſionis. Talia enim frequenter ad colorãdam gratiam exprimuntur. l. Iubemus. §. ſcientes. C. de ſacr. ſan. eccl. Nam merita non præſumuntur niſi probentur vt late deducit Oldr. conſi. 226.
2 incipiente quidam epiſcopus in fine. † Hinc eſt ꝙ ſi donatio ſit facta alicui propter benemerita de meritis apparere debet aliter q̃ per confeſsionem donantis. l. ſi forte & ꝙ ibi not. Bart. ff. de caſtren. pecul. l. 1. §. ſi mutuã. ff. ſi quid in fraud. patr. glo. & doct. in. l. ſi donationem. C. de collat. Ioan. andr. in addit. ſpec. in tit. de reb. eccle. non alien. in rub. Bal. in. l. Iubemus in fine prin. C. de ſacr. ſan. eccl. Alex. conſi. ci. incipiente viſis inſtrumentis. col. 4. in. 1. volu. & cõſilio. 55. incipiente. Conſideratis verbis col. 2. eo. 1. volu. Decius in. l. ſi donatione. C. de collat. idem conſi. xx. incipiẽte, in cauſa iſtorum in. 1. volu. & conſi. 576. incipiente pro reſolutione caſus in. 3. volu. Butr. conſi. 39. in fine incipiente: quia maior pars quæſitorũ Anch. conſi. 247. incipiente, dubium facit. Iaſon conſi. 73. in. 3. volum. Iaſon in conſi. 101. incipiente, imunitas fuit conceſſa col. 3. verſi. Nec huic fundamento in. 4. volu. quem videre poteris: qa optime declarat quibus caſibus merita probentur per aſſertionem factam de eis in conceſsione & quibus non conſtito igitur demeri
3 tis penſio non reuocabitur per ſucceſſorem. † Secundo vero caſu quando penſio fuit conſtituta pro ſeruitio impendendo dicit Laur. quem refert Card. in. d. clem. 1. ꝙ tunc reuocari poteſt per ſucceſſorem: allegat in argumẽtum tex. in clem. fin. de procurat. & tex. in. c. quicunq. xii. q. ii. & in. c. hæc huius placiti; & in. c. eccleſiaſticus ea. cauſa & q. & refert Card. ibidem hoc idem tenere Zẽzel. Ibi cuius dicta reaſſumit Caccialupus. q. 27. in. d. ſuo tract. de penſ. prædictis adde ꝙ etiam eo caſu quo penſio fuit aſsignata pro ſeruitio iam impenſo ſi ſit in quantitate exceſsiua reuocari poterit per ſucceſſorẽ, quando maior eſt q̃ merita exigerent: vt habetur per Oldr.
4 in. d. ſuo conſi. incipiente, quidam epiſcopus nu. 126. † Facit: qa quando prælatus donat ob. benemerita, donatio meritis comenſu

rari debet.c.relatum.§.2.de teſtam.facit tex.in.l.magis p uto.ff.de reb.eorũ.§.Item prætor:immo talis donatio excedens menſuram meritorũ videtur eſſe nulla.c.cæterũ in verſi.date rei quantitas de donat.&.c.ad hoc in verbo moderate aliqua de teſtam.facit quod voluit Ioã.andr.in addi. ſpecu.in rubrica de reb.eccl.nõ alienã.vbi dixit ꝙ quando quis non poteſt libere donare ſed benemerito ſic donare debet iuxta ſeruitii meritũ:adducit tex.in.d.c.adhoc & in.c.relatum el.2.§.licet de teſtam.quẽ refert Alex.in.d.conſi.55.col.2. verſiculo & dicitur benemeritus in primo volu.vide ad prędicta Iaſonem conſilio ſuo.73.per totum in tertio volum.

Executor literarum penſionis ſi ſit abſens quomodo ſuccuratur penſionario. Queſtio.lxviiij.

1 *Papa vbi manum appoſuit ceſſat auctoritas ordinarij & legati.*
2 *Papa quando cauſam committit videtur ad ſe illam euocare ſeu ad eum cui illam comittit.*
3 *Datio executoris fit fauore eius cui fit gratia.*
4 *Exactio alimentorum retardari non debet.*
5 *Executoris literarum penſionis nõ ceſſat auctoritas cauſa alteri commiſſa cum clauſula ſine retardatione penſionis.*

Sexageſimonono quæro. Tu ſcis ꝙ in literis reſeruationis annuę penſionis dantur executores,ſicuti in literis beneficialibus fieri conſueuit,modo quæritur ſi executor literarũ prędictarũ penſionis ſit abſens quomodo ſit conſulendũ pẽſionario vt cõpellere poſsit debitorẽ penſionis ad ſoluendũ quando ſuper literis reſeruationis annuę penſionis per executores in eis deputatos vel eorum alterum.non fuit fulminatus proceſſus iuxta ſolitum. In iſta quęſtione dicendum eſt,ꝙ ſi ſimus in curia Romana vel ad eam recurſus habeatur R.Dominus Auditor Camerę qui eſt iudex ordinarius cenſurarum adiri poterit,ſiue eius Dominus locumtenens: vt ſtilus curię & practica nos edocet. † Sin autem ſimus extra curiam vel non adeatur Dominus Auditor Camerę apoſtolicę an ordinarius adiri poſsit.Et dicendum videtur,ꝙ non:quia vbicunq; Papa manũ appoſuit negotiũ alicui cõmittẽdo ordinarius & etiã legatus aplice ſedis ſe itromittere nõ põt.c.vt nſum de appel.c.ſtudu iſti de off.legat.& p Bal.i.c.1.§.ſi facta:ſi de feu.fuer.cõtro.iter do. & agnat.in vſib.feu.quẽ ſeqtur Fely.in.c.fin.col.vlt.de pſumpt.vbi

decidit ꝙ vbi Papa ſpeciales dedit executores in aliquo negocio
tũc ceſſat quo ad negocium illud aliorum auctoritas, facit pro iſta
parte illud quod voluit Bald. in. §. ſi facta in. c. 1. in tit. ſi de feud. fu
er. contr. ſupra allegato in fine: vbi tãgit iſtã quæſtionem in feudo.
& quærit, nunquid ſi Papa conceſsit alicui feudum & dedit certos
executores, an propter illorum abſentiam ſi ille acceſsit ad ordina-
rium loci & fecit ſe inueſtire de tali feudo inueſtitura teneat: & dicit
videri ꝙ non: quia quod vni conceſſum fuit, alter facere nõ poteſt
2 vt not. in. l. 1. C. de appari. præfect. ante libro. xii. † Item quia qñ
Papa cauſam committit videtur ad ſe ſiue ſuum tribunal. aut cõmiſ-
ſarium eam reuocare & nullus alius ſe intromittere poterit vt not.
in. d. c. constitutus de appel. Item quia acta quæ fiunt a iudice in-
competenti lacerari debent. c. cum cauſam el. 3. de teſti. demũ ſub-
dit idem Bal. ꝙ contrarium videtur dicendum per tex. in. l. ſi longi-
us. ff. de iudi. & diſtinguit, ꝙ aut iſtis executoribus eſt cõmiſſa iu-
ris collatio & tunc ordinarius ſe intromittere non poterit: quia lite
re ſibi non diriguntur iuxta not. in. c. cum te de præſcri. Aut cõmit-
titur mera facti executio & tunc aut quæritur an epiſcopus exequi
poſsit vigore mandati facti executori & dicit ꝙ non aut vigore or-
dinarie iuriſdictionis: & tunc dicit Bal. perſuaderi poſſet ꝙ ſic: quia
cum gratia ſit perfecta eius effectus impediri nõ debet propter exe-
cutoris abſentiam: quia cum executor ſit datus fauore impetrantis
in eius odium talis datio retorquæri non debet: allegat in argumẽ-
tum tex. in. l. prima. C. de ſportul. ſubdens non eſſe nouum, ꝙ quan
doq; iſte comiſsiones ſine iuriſdictione fiant vt not. in. l. 1. &. 2. ff.
de iuriſd. omnium iud. & tandem concludit Bal. ſupra allegato lo-
co ꝙ indiſtincte ſibi videtur ꝙ ordinarius ſe intromittere nõ poſsit
& rationem adducit: quia non poteſt facere expirare officium exe-
cutoris quod expiraret re executa; & ideo dicit eſſe impoſsibile exe
cutores preuenire: allegat tex. in. l. qui abſenti. ff. de aquir. poſſ. & ſic
tandem Bal. videtur reſidere in iſta opinione ꝙ datis executoribus
nullo caſu ordinarius odiri poſsit. Hanc opinionem Bal. refert &
ſequitur Felyn. in. c. fin. col. vlt. verſi. quæro quarto de præſumpt.
& Laurẽ. calcaneus conſi. xvii. numero. 8 9. Iſtis tamen non obſtan
tibus contrarium puto decidi poſſe in terminis quæſtionis noſtræ:
videlicet ꝙ ſi executor penſionis ſit abſens ordinarius adiri poſsit
qui compellat debitorem ad ſoluendum non vigore mandati facti
3 executori. Sed vigore ordinariæ iuriſdictionis. † Et moueor per ra
tionem Bal. ſupra adductam, videlicet quia executoris datio facta

ad fauorem

ad fauorem penſionarii ei damnoſa eſſe non debet.c.quod ob gratiā de regul.iur.in.vi.& præſertim quia datio executoris eſt quid acceſſorium ad ipſam gratiā;nec debet damnoſa eſſe ei cui fit gratia. c.ſi ſuper gratia.de off.deleg.in.vi.videmus enim ꝙ ſemper executor deputatur is quem ille nominat cui fit gratia;& propterea decidit notabiliter Rot.deciſ.iiii,in titulo de conceſ.prebend.in antiquioribus,ꝙ ſi per Papam ſignata fuerit ſupplicatio de gratia ſuper beneficio vacaturo ad collationem epiſcopi ſpectante vel de canonicatu ſub expectatione præbendæ ſi antequam literæ conficiantur vacauerit vna præbenda ſeu beneficium cadens ſub dicta gratia & expectans illam acceptauerit & per quendam decanum tamquā executorem gratiæ prædictæ de illa ſibi prouideri obtinuerit;licet ante literarum expeditionem Papa contulerit illam alteri cum ſolita clauſula dummodo tempore datæ præſentium nō ſit alteri ius quæſitum & habens gratiam per ſupplicationem expediat literas & obtineat in illis ſibi executorem deputari illum decanum qui iam de præbenda vacante ſibi prouiderat cum huiuſmodi data literarum ſit ſecundum datam ſupplicationis ſignatæ & ſic ante acceptionē & prouiſionem valebit acceptatio & prouiſio huiuſmodi. Secūdo moueor per tex.in.d.l.ſi longius.ff.de iudi.vbi ſi iudex datus ad expeditionem negocii illud expedire non valet,alius illius loco ſurrogari debet.Nec obſtat ratio Baldi ſupra adducta dicentis ꝙ ordinarius non poteſt facere expirare officium executoris: quia iſta ratio non militat in caſu quæſtionis noſtre cum exactio fiat in penſione ſingulis annis & ſi vno anno ordinarius ſe impediat propter executoris abſentiam vt conſulatur indemnitati penſionarii poterit ſequentibus annis nihilominus executor adiri ratio enim Baldi concludit quando executor vnicum tantum actum habet facere vt puta conferre beneficium vel inueſtire de feudo: vt in caſu ſuo; vel ſimilibus,& præſertim quod diximus adiri poſſe ordinarium abſente executore locum haberet quando penſio eſſet aſsignata pauperi pro alimentis,vel retēta opinione Romani in conſilio.388. incipiente in caſu propoſiti thematis tenentis ꝙ pēſio cedat in cau-
4 ſam alimentorum,de quo late ſcripſi ſupra queſtione.li. † Cum exactio alimentorum retardari non debeat propter periculum vitæ hominis in cuius ſubſidium dantur.l.filiæ & ibi Bal.C.de patr.poteſt not.in.l.de alimentis.C.de tranſac. Cautius tamen aget penſionarius ſi faciat per vnum ex executoribus in literis penſionis deputatum proceſſum fulminari ſuper dictis literis per quem virtute

claufule cęterum in eo contente eligere poterit in ſub executorem
quemlibet alium in dignitate eccleſiaſtica cõſtitutũ,& ſic effugiet
pſentem difficultatẽ. Vnum tamen non omitto ꝙ licet quãdo Pa
pa apponit manum negotio ſuper quo executores dedit cauſam cõ
mittendo ceſſet tunc executorũ auctoritas facit.c.ſtuduiſti de off.
de leg.c.vt noſtrũ de appel.c.ceterum de reſcri.& per dicta iura ita
decidit Rota deciſ.4 1 1.incipiente ſi lite pendente in nouiſ. verſic.
5 ſed dic. † Quod nihilominus ſi Papa cauſam nullitatis reſeruatio
nis penſionis ſiue illius reductionis ad inſtantiam Rectoris benefi-
cii grauati alicui cõmittat adiecta in cõmiſsione ſolita clauſula ſi-
ne retardatione penſionis:puto non impediri executorem quomin⁹
cõpellere poſsit lite pendente illum debitorem ad ſoluendum pen-
ſionem cum eius auctoritati ſtante.d.clauſula derogatum non vi-
deatur ſecus tamẽ dicendum videtur ſi executori eſſet inhibitum.

Si executor literarum penſionis nulliter procedat contra debitorem penſionis non ſeruata forma mandati an ordinarius uel legatus ſe impedire poſsit. Queſtio. lxx.

1 *Inferior de geſtis per ſuperiorem inuallidis ſe impedire poteſt.*
2 *Nullitas quando patens eſt quilibet iudex etiam inferior adiri poteſt.*

SEptuageſimo quæro ſi executor deputatus in literis reſeruatio
nis annuę penſionis ad inſtantiã pẽſionarii ꝓcedat contra de-
bitorẽ penſionis nulliter & nõ ſeruata forma ſui mãdati,an tunc or
dinarius vel legatus ſedis apoſtolicę in prouintia exiſtens adiri poſ
ſit vt cognoſcat de huiuſmodi nullitate:& videt dicendũ quod nõ
per tex.in.c.ſtuduiſti de off.legat.&.c.vt nr̃um de appel. Contrariũ
puto verius in.q.noſtra ꝙ quotieſcunq; executor penſionis modũ
excedit grauando debitorẽ penſionis contra formã iuris. & ſue au-
ctoritatis tali caſu ſuper nullitate actus ab ipſo geſti adiri poſsit or
dinarius ſeu legatus ad hoc facit doctrina Domi.in.c.ſtatutũ.§.fi.
de reſcri.in.vi.vbi dixit:ꝙ ſi delegatus Papæ aliquẽ contra formã
illius decretalis grauaret ſi ordinarius fuerit informatus de notorie
1 tate facti prouidere poterit ex quo delegatus nulliter ꝓceſsit. † Ad
idem facit quod not.Ant.de Butrio in.d.c.ſtuduiſti in vltimo not.
vbi dixit ꝙ licet de geſtis per ſuperiorem non valeat ſe inferior inge

tere hoc verum eſt,& procedit ſi geſta per ſuperiorem ſunt valida ſe cus ſi nulla ſunt,& idem tenent ibidem Card.& Petr. de Ancha.& Franch.in.c.dilecto col.24.verſi.limita primo de appel.& pulchre tradit Romanus in cõſi.ſuo.335.col.3.verſi.Secũdo quia: & Bel
2 lenci.in tract.ſuo de ſubſi.charit.q.91. † Et Bal.in.l.aduerſus.C. ſi aduer.rem iudic.vbi dixit ꝙ quando nullitas eſt patẽs & ſe ipſam oſtendit tunc quilibet iudex etiam inferior adiri poterit. Idem voluit Ioan.andr.in.c.ſtatutum in fine de reſcri.in.vi.Ad idem facit ꝙ volunt Archi.& Ioan.andr.in.c.ſi eo tempore de elect.in.vi.vbi dicunt ꝙ ordinarius poteſt reſiſtere delegato Papæ quãdo vellet nulliter procedere in caſu non compręhenſo in eius mandato faciunt ad prędicta multa notanda quę adducit Card.in clemen.1.q.3.de off.ordi.ad allegata in contrarium patet reſponſio ex ſupra dictis.

Litis conteſtatio an ſit neceſſaria in cauſa pẽſionis. Quæſtio. lxxi.

1 *Penſio non eſt beneficium pendet tamen a beneficio.*
2 *Probatio per iuramentum ſi ſufficiat in cauſis damnorum datorum quicquid dictam cauſam tangit iuramento probari poterit.*
3 *Litis conteſtatio an & quando ſit neceſſaria in cauſa dotis.*
4 *Penſio eſt quid temporale & profanum.*
5 *Clementina diſpendioſam locum habet in beneficijs eccleſiaſticis non in profanis & ſecularibus.*
6 *Litis conteſtatio non requiritur in cauſa ſpolii beneficiali.*

SEptuageſimoprimo quero an litis conteſtatio requiratur in cauſa penſionis.Circa hanc quæſtionem puto diſtinguendũ ꝙ aut loquimur quando agitur via executiua contra eum qui conſenſit reſeruationi penſionis ſiue contra eius in beneficio grauato onere penſionis ſucceſſorem cui litere reſeruationis penſionis fuerunt intimate & lapſus eſt terminus aſsignatus ad ſoluendum & iſto caſu clarum eſt ꝙ nec litis conteſtatio nec ordo iuris requiritur vt nos edocet ſtilus & practica curiæ. Aut loquimur quando hæres penſionarii defuncti petit prçteritas penſiones non ſolutas a Rectore eccleſiæ grauatæ:& ad ipſum tamq̃ penſionarii defuncti heredẽ ſpectantes iuxta ea quæ dixi ſupra.q.lii.& iſto caſu videť di
1 cendũ ꝙ ſimiliter litis cõteſtatio nõ requirať. † Quia licet pẽſio nõ

ſit beneficium eccleſiaſticum, prout ſupra vidimus.q.1.et.q.xxi. &.xxviii.pendet tamen a beneficio a quo extrahitur ſicut vſufructus a proprietate, vt dixit Imol.in clemen.1.§.eadem.de ſupplē. neglig.prelat. Ideo videtur dicendum q ſicuti in cauſa beneficiali litis conteſtatio non requiritur clem.diſpendioſam de iudi.iuncta clemen.ſepe de verbo.obliga.ita ſit in cauſa penſionis propter verba tex.in.d.clemen.diſpendioſam ibi eas quoquomodo tangentibus.facit bonus text.in.l.ſi vni.ff.de tranſ.vbi priuilegiatur cauſa alimentorum in tranſactione:& quicquid alimenta tangit cenſetur

2 cauſa alimentorum. †Hinc eſt q Bart.ibidem dicebat q ſi ſtatuto cauetur q in cauſis damnorum datorum ſufficiat probatio per iuramentum quicquid quocunq; modo cauſam damnorum datorū tangit per iuramentum probari poterit. Idem voluit Bart.in.l.ſolent.ff.de alimen.& cibar.legat. & Bald.nouel.in repet.l.primę.ff. ſolut.matri.col.viii.numero.29.facit ad hoc tex.in.c.ſi ſuper gratia de off.deleg.in.vi.& regula acceſſorium de regul.iur.eod.libro. Contrarium tamen de iure verius eſſe arbitror, q immo tali caſu litis conteſtatio requiratur. Pro iſta parte facit primo, quia quando agitur non ſuper titulo beneficii ſed ſuper proprietate eccleſiæ: tunc locum non habet diſpoſitio.d.clemen.diſpendioſam. Ita voluit glo.in.d.clemen.in verbo beneficiis quam ibidem ſequuntur docto.maxime Cardi.q.viii.dicens ſm Lauren.ibi q ratio eſt:quia cum agitur de proprietate beneficii non ſubeſt periculum propter

3 moram ſicuti quando agitur ſuper titulo beneficii.† Secundo facit deciſio Petri de anch.in.d.clemen.diſpendioſam.colū.penult.in verſi.ſeptimo nota de iudi.vbi querit,an in cauſa dotis ſit neceſſaria litis conteſtatio,& diſtinguit q aut dos deducitur in iudicio in quo agitur ſup nullitate matrimonii,& propterea agens petit etiā dotem ſibi reſtitui coram iudice eccleſiaſtico,& tunc litis conteſtatio non requiritur. Aut agitur ſuper dote principaliter,& tunc cōcludit non habere locum diſpoſitionem.d.clemen.diſpendioſam,& ſic q litis conteſtatio requiratur:& cum iſta opinione videtur concordare Franch.in.c.ſi annuum.colum.2.verſi.in glo.in verbo dependentibus de iudi.in.vi.vbi dixit q in terminis illius tex.minor ſi ageret principaliter pro dote non gauderet beneficio illius capi-

4 tuli ſecus ſi principaliter ageret ſuper matrimonio. †Tertio facit: quia pēſio eſt quid temporale & profanum nihil ſpiritualitatis habens vt dictum fuit ſupra.q.1.hinc eſt q etiam laico aſſignari poteſt,vt dicebat Bald. quem ſequitur ibidem Felyn.in.c.ad audien-

tiam.el.2.de reſcript.& dictum fuit ſupra.q.xxi.in cauſis autem profanis litis cōteſtatio & ordo iuris requiritur.c.1.de lit.conteſt. quod procedit etiam ſi cauſa profana habeat cōnexitatem ſeu dependentiam a ſpirituali dummodo de per ſe principaliter tractetur.vt eſt tex.in.c.1.vt lit non cōteſt.vbi diſponitur ꝙ quando agitur ſuper ſeparatione thori puta propter adulterium,litis conteſtatio requiritur.

5 †Quarto facit:quia tex.in.d.clemen.diſpendioſam locum habet in beneficiis eccleſiaſticis ſecus in profanis & ſecularibus etiam ſi in foro eccleſiaſtico tractentur:vt voluit ibidem glo. in verbo eccleſiaſticis,& dixit Cardin.in dicta clemen.q.xi. ꝙ illa diſpoſitio locum non habet in beneficio cadente in laicum referēs ita tenuiſſe Paul.Lauren.& Zenzel.Itaq; non habebit locum in pēſione cū illa in laicū cadere poſſit vt ſupra dictū fuit.Non obſtant ſupra in contrariū adducta,quia procedunt quoties dependens tractatur inſimul cū principali vel quoties eadē ratio militat in principali & dependenti vulgata.l.illud ad leg.aql.ff.vel dicas,ꝙ procedunt qñ in dependēti venit ēt aliqualis cognitio principalis,vt eſt in ſpolio in cā beneficiali in quo neceſſe eſt ꝙ ſpoliatus petens ſe reſtitui doceat de titulo ſaltim colorato:vt per Oldr.conſil.1.Rota deciſ.257.in nouiſ.Belleme.deciſ.49.& deciſ.xvii.Imol.in.c.in literis de reſti.ſpolia.vbi alii ſcribentes Spec.in tit.de teſt.§.Nunc videndum a nobis eſt verſic.ſed pone ago contra te, ad idem Rot.

6 deciſi.679.in antiquis †Ideo in cauſa ſpolii beneficiali litis cōteſtatio non requiritur:vt per Maria.Sozinum in.c.quoniam frequēter.colu.13.verſic.ſecundo limitatur fallentia, vt lit.non conteſt. & idem ibidem.col.23.verſi.8.in poſſeſsione recuperanda.& col.25.verſic.Non obſtat decimum argumentum.Idem voluit Petr. de anch.in.d.clemen.diſpendioſam de iudi.col.1.verſic.Circa hoc etiam de iudi.& Rot.deciſ.155.incipiente,nota ꝙ vbi agitur in antiquis.Hinc eſt ꝙ ſi rector eccleſie agat pro pecunia ad eccleſiā ſpectante contra aliquem,licet opponatur eum non eſſe in poſſeſſione beneficii non tamen eo caſu proceditur ſm formam dicte clemen.diſpendi[illegible]m,cum huiuſmodi queſtio in aliquo non tangat cauſam beneficialem:vt poſt Paul.voluit Cardi.in.d clemē.q.37.

7 †Et idem etiam erit ſi agatur ſuper ſpolio penſionis iuxta ea quæ dixi ſupra.q.xlvii.nam litis conteſtatio requiretur vt patet ex ſupradictis ex quibus decidi poteſt vtrum cauſa pēſionis ſit cauſa beneficialis ad quod vide not.per Andream ſiculum in clemē.1.col. vi.verſi.in glo.1.de re iudi.& que dixi ſupra.q.xxviii.

Si fiat ſequeſtrum fructuum beneficij contra poſſeſſorem vigore ſententie late contra eum quis ſoluet penſionem impoſitam ſuper fructibus beneficij. Queſtio. lxxij.

1 *Fructus eccleſiæ ſunt deputati pro oneribus incumbentibus toto anno.*
2 *Sequeſter plenam curam habere debet de beneficio.*
3 *Sequeſter preſentare poteſt & eligere ſi preſentatio vel electio ſpectat ad Rectorem beneficij.*
4 *Sequeſter equiparantur adminiſtratori ſede vacante.*

SEptuageſimoſecundo quero. Si lite pendente in Romana curia ſuper beneficio inter duos litigantes, ſuper cuius fructibus Sempronio clerico reſeruata fuerat annua penſio, Lata fuerit ſententia contra alterum ex dictis litigantibus poſſeſſorem beneficii litigioſi, & ſequeſtrata fuerit poſſeſſio dicti beneficii iuxta terminos clemen. primę de ſequeſtrat. poſſ. & fruct. Quis teneatur ad ſoluendum penſionem? An ſequeſter, an vero is qui beneficium poſſidebat ante ſequeſtrationem decretam? in hac queſtione. Diſtinguẽdum puto ꝙ aut querimus de pẽſione decurſa in illis annis in quibus is qui beneficium poſſidebat fructus, redditus & prouentus illius percepit ante ſequeſtrum & tunc indubitanter teneo, ꝙ ille pẽſionem ſoluere teneatur, ſi quidem fructus vniuſcuiuſq; anni obnoxii ſunt pro oneribus currentibus quoq; anno: vt eleganter dixit
1 Domi. per illum tex. in. c. fina. §. porro de offi. ordin. in. vi. † Vbi dixit, ꝙ fructus eccleſiæ ſunt deputati pro oneribus incumbentibus toto anno vſq; ad nouos fructus: vnde dicit ſe cõſuluiſſe & determinaſſe pluries, ꝙ ſi erant impoſitę collectæ eccleſiæ vno anno & Rector illius fructibus illius anni perceptis beneficium dimittat non ſoluta collecta, ꝙ nihilominus teneatur ad ſolutionem dictæ collectę pro eo anno quo fructus percepit. faciunt quę dixi ſupra queſtione. 39. Aut querimus de penſionibus decurſis illis annis quo ſequeſter fructus percepit, & adhuc ſequeſtrum durat. & eo caſu puto ꝙ is qui apud ſe retinet fructus ſequeſtratos deputatus ſequeſter per iudicem qui in Romana curia ſententiam tulit contra poſſeſſorem beneficii, teneatur & debeat penſionem ſoluere.
2 † Quia ſequeſter plenam curam habere debet de beneficio cuius poſſeſſio eſt ſequeſtrata, & eſt illius legittimus adminiſtrator:

ſicut is qui ſede vacante adminiſtrat de elec.c.quia ſępe.in.vi.c.ſtatutum eo.tit.glo.in clemen.1.in verbo beneficiũ in fin.de ſequeſt. poſ.& fruct.quam ſequitur ibi Card.col.2.in.x.not.&.q.27.vbi allegat Io.and.in addit.Specul.in tit.de ſequeſtr.poſſ.& fruct.§.1. vbi dixit q oportet fateri q ſequeſter habeat aliqualem titulum ex quo habeţ adminiſtrationem.allegat quod notatur in.c.nemo de-
3 inceps de elect.in.vi.in glo.2.†Quinimmo ſequeſter poteſt preſentare & eligere ſi hoc ius ad Rectorem illius beneficii pertinet: vt voluit Paulus quem refert & ſequitur Cardi.in.d.clemen.1.colũ.2. x.not. Ad idem eſt deciſio dominorum de Rota.324.in antiquis. hoc firmat Felynus in.c.cum Bertoldus.col.fi.verſic.ad illud de re iudic.vbi dicit,q dum eſſet auditor Rotę iudicauit pro iſta opinione de conſenſu aliorum auditorum:& pronunciauit valere pſentationem factam a ſequeſtro. Idem tenet Rocch.de curt.in trac.de iur.patr.fol.antepenult.q.33.& Barba.in.c.examinata.col.xx.de
4 iudi.†Cum igitur ſequeſter equiparetur adminiſtratori ſede vacante, dicendum erit q ipſe debeat penſionem ſoluere impoſitam ſuper fructibus beneficii cuius poſſeſſio eſt penes ipſum ſequeſtrata. ſolutio enim onerum ſicuti ſpectat ad adminiſtrationem & iconomũ ſede vacante ita debet ad ſequeſtrũ ſpectare cum maxime poſſeſſio beneficii in ipſum transferatur: vt notant doc.in.c.ex annata de iudi.& per Imol.in.d.clemen.1.colũ.1.in.4.not.de ſequeſtr.poſ.& fruct.Compoſtel.in.c.1.de ſequeſt.poſ.& fruct.in verſi.poſſeſſionem & ipſe tenetur ſoluere ex fructibus beneficii onera illi incumbentia, vt eſt tex.in.d.clemẽ.1.Ibi debitis eiuſdem ſuportatis oneribus.faciunt etiam pro deciſione huius queſtionis dicta ſupra.q. lxv.Ex predictis concludi poteſt q ſequeſter teneatur ſoluere penſionem impoſitã ſuper fructibus beneficii ſequeſtrati lata prima ſententia contra poſſeſſorem illius ſiue in petitorio ſiue in poſſeſſorio iuxta terminos.d.clemen.1.Hanc tamen concluſionem intellige procedere quando penſio eſſet talis quam omnino ille cui beneficium per ſniam adiudicaretur, obligatus eſſet ſoluere: Secus dicerẽ qñ eſſet nouiter aſsignata de conſenſu illius qui ſententiam contra ſe reportauit: quia tunc ſequeſter illam ſoluere non teneretur. 1
Nam ſi is qui penſioni conſenſit reportata prima ſentẽtia contra ſe in curia Romana per ſequeſtrum non poteſt fructus perciperet: idem erit in penſionario cuius penſio dependet a iure illius, & ab eius conſenſu facit tex.in.c.acceſſorium de regu.iur.in.vi.connexorum enim idem eſt iudicium.c.quanto.de iudi.

Pēſionarius ſi recipiat præteritas pēſiones nō ſolutas an ſibi pręiudicet quo ad regreſſū ad beneficiū ſibi cōpetēs ob nō ſolutionē penſionē. Qō.lxxiij.

1 *Dominus recipiens præteritas penſiones ab emphiteota ad priuationem cōtra eum agere non poteſt.*

2 *Dominus recipiens vaſallum ad obedientuam qui infra annum & menſem inueſtituram non petijt videtur ſibi more ingratitudinem remittere ſi contrarium non ſit proteſtatus.*

3 *Renunciatio iuris ſui in dubio non præſumitur.*

4 *Pena priuationis beneficij ob non ſolutionem penſionis apponitur fauore penſionarij.*

5 *Penſionarius petens præteritas penſiones non ſolutas præiudicat ſibi in iure regreſſus ad dictum beneficium.*

6 *Penſionarius recipiendo præteritas penſiones cum proteſtatione nō præiudicat ſibi circa regreſſum.*

7 *Penſionarius etiam ſi recipiat præteritas & futuras penſiones cum proteſtatione ſibi præiudicat quo ad regreſſum.*

SEptuageſimotertio quæro, vtrum penſionarius cui reſeruat⁹ fuerat regreſſus ad beneficium ob non ſolutionem penſionis recipiendo præteritas penſiones propter quarum non ſolutionem erat locus regreſſui ad illud beneficium ſuper cuius fructibus penſio ipſa erat impoſita ſibi præiudicauerit circa regreſſum pro illa vice. In iſta quæſtione dicendum puto, ꝙ ſibi præiudicet pēſionarius quo ad regreſſum præteritas penſiones recipiendo: & moueor per glo. in. c. 1. in verbo & menſem in tit. quo temp. mil. in vſib⁹ feud. quæ voluit ꝙ ſi vaſallus debitis temporibus inueſtituram nō receperit ex quo feudo priuatus exiſtit: Si tamen Dominus feudi ab eo cenſum recipiat culpam eidem remiſiſſe cenſetur, quam gloſ. ibidem ſequitur præpoſit. col. 7. verſiculo in gloſa finali, & ibidem alii Iaſon conſi, 1 17. incipiente, in cauſa & litæ col. vltima verſic.
1 Item poſt lapſum in quarto volum. † Ad idem facit quod voluit glo. in. l. 2. in verbo repellere. C. de iur. emph. quæ dixit, ꝙ licet ſi emphitheota non ſoluerit per triennium debitum, ſit priuatus emphitheoſi. Si tamē Dñs canonem recipiat, amplius ſup priuatione agere nō pōt: allegat i argumentū tex. in. l. poſt diē. ff. de leg. cōmiſ. Dñs enī alterū duorū facere poterat, vel emphitheotā deiicere, vel

penſionem

pẽſionẽ recipere:vt in auc.de alien.& emphi.§.ſi vero quis locator
vnum ergo eligendo,alterum repudiare videtur:vt in.d.l.poſt diẽ
2 †Et hoc tenuit Bald.in.c.1.verſic.ſed pone ꝙ poſt in vſib.feud.in
tit.quo tempore mil.dicens,ꝙ ſi poſt annum & menſem infra quẽ
miles vaſallus non recipit inueſtituram,Dominus eundem ad obe
dientiam recipiat,videtur ſibi more ingratitudinem remiſiſſe, niſi
contrarium proteſtatus fuiſſet.l.2.ff.ſi quis caut.in princ.l.fin.C.
de iur.domi.impetr.Si tamen dominus eo caſu per errorem rece-
piſſet illum ad obedientiam,tunc Bal. diſtinguit,ꝙ aut fuit error
ſupinus,& idem erit dicendum:quia ſupinus error in exigendis pe-
nis non patrocinatur.Aut fuit iuſtus error,& tunc erranti non no-
cet. Ignorans enim remittere non videtur.l.cum aquiliana.ff.de
tranſact.&.l.cum tutoribus.§.qui per fallaciam.ff.cod.tit.&.l.ex
maleficiis.§.longe.ff.de actio.& oblig.&.l.nec ignorans.ff.de con-
dit.indeb.Erit ergo cõcluſio,ꝙ Dominus recipiendo preteritas pẽ
ſiones videtur remiſiſſe penam priuatiõis quam tenuit etiam glo.
in.c.potuit in glo.penul.ff.locat.& ibi Card.floren.& Pet.de anch.
idem tenent Cyn.& Salic.in.d.l.2.C.de iur.emphi.& Alex.in con
ſil.clvi.Incipiente,viſo & conſiderato themate.col.3.verſi.confir-
matur predicta in.2.volu.& Sozin.conſil.lxvi.incipiente,viſa do-
natione facta.col.penul.in verſi.ſexto.Iſta concluſio.Bart.tamen
contrarium ſenſit in.d.l.2.dicens,ꝙ dominus recipiendo penſio-
nem pro tempore preterito ſibi non preiudicat quominus emphi-
theotam poſsit expellere:& illum ſequitur Anto.de butr.in dicto
c.potuit.de locat.dicens,ꝙ iſta receptio penſionis duplicem in-
tellectum recipere poteſt,ſcilicet vt fiat animo renunciandi iuri ex-
pellendi. Et ꝙ non fiat animo renunciandi dicto iuri,& in ca-
ſu dubio intelligi debet ꝙ non fuerit facta animo renunciandi di-
3 cto iuri ſuo. †In dubio enim renunciatio non preſumitur iuris ſui
l.cum de indebito.ff.de probat.in princip.c.ſuper hoc.de renun.c.
Non eſt veriſimile de preſump.Imol.autem in.d.c.potuit.col.31.
diſtinguendo nititur concordare opiniones quem videre poteris:
quia eius dicta tranſcribere non intendo. Opinio tamen Bald.&
aliorum communis eſt contra Bart.quam tenuit etiam Iaſon in di
cta.l.2.col.34.C.de iur.emphit.in verſic.Imola vero concludens,
ꝙ dominus recipiendo penſionem pro tempore preterito ſimplici-
ter abſq; proteſtatione.in iure expellendi ſibi preiudicat.Si autem
penſionem recipiat cum proteſtatione tunc bene poterit expellere:
quia ius ſuum expellendi medio dicte proteſtationis conſeruatur.

l.ſi debitor.ff. quib.mod.pign.vel hypoth.ſolua.hanc etiam opi nionem, vt dicit Iaſon in dicta.l.2. ſequitur Iaco.Butri. ibidem & Alberi.colum.3.& Bald.in.l.2.in principio.ff.ſi quis caut. Ex premiſsis igitur concludo, ꝙ penſionarius ſi recipiat ſimpliciter decurſas penſiones non poterit vti beneficio regreſſus ſibi reſer
4 uati ob non ſolutionem penſionis. † Priuationis enim beneficii pena cum ſit appoſita fauore penſionarii, ipſe recipiendo præte ritas penſiones potuit illi pœnę renunciare.l. ſi quis in conſcri bendo.C.de pact.facit quod conſulendo voluit Alexan.in prçal legato conſil. ſuo.clvi. incipiente viſo & conſiderato colum.3. in 2.volumine.vbi conſuluit, ꝙ ſtante decreto apoſtolico, ꝙ qui in fra annum inueſtituram non petierit cadat ipſo facto ab omni iu re ſuo. ꝙ ſi quis emerit vtile dominium ab emphitheota eccle ſiæ ſi infra annum inueſtituram non petierit: tamen continuo ſol uit & preſtitit eccleſię debitum ſeruitium non propterea cecide
5 rit a iure ſuo. † Hanc concluſionem amplia procedere etiam ſi penſionarius non receperit, ſed petierit preteritas penſiones. Nam etiam eo caſu ſibi preiudicat circa regreſſum. Ita in ſimili deci dunt doctores: in domino qui expellare poteſt emphitheotam ceſ ſantem ſoluere canonem in dicta.l.2.vbi Alberi.colum.4.in fine. allegat in argumentum text.in.l. ad ſolutionem.ff.de re iudi. Idem voluit Salicet.in.l.commiſſorie in fine.C.de pact. inter empto.& vendito. facit optime tex.in.l.melius in principio.verſicu.Dice bam.ff.de minor.& ita tenet Iaſon in dicta.l.2.colum.38.verſic. ſecundo quero & eſt.C.de iur.emphith.idem voluit Alexan.conſi.
6 preallegato. † Iſta tamen concluſio non procedit quando penſio narius recipiendo preteritas penſiones proteſtaretur, ꝙ propterea non intendit ſibi preiudicare in iure queſito contra ſuum debito
7 rem per ſupradicta. † Si tamen penſionarius reciperet non ſolum preteritas ſed etiam futuras penſiones cum dicta proteſtatione, ꝙ non intendit ſibi preiudicare in iure regreſſus, licet Barto.in dicta l.2. in emphitheota concludat, ꝙ nihilominus expelli poterit: ta men contrarium ibidem communiter concludunt docto. vt ibi per Iaſonem colum.34.in fine,& Anto.de butri.Cardin.& alii in dicto. c.potuit. Ibi Imol.de locat., vbi dicunt, ꝙ iſta proteſtatio tanquam facto contraria nil prodeſt per not.in. c.cum.M. Ferra rienſis de conſtit. Idem voluit Iaſon conſil. 117.ſupra allegato co lum.final.in.4.volu.& ita dicendum puto in penſionario.

Penſionarius ſi penſionem in alium trāſtulit poſt-quam ſibi locus erat regreſſui ob penſionem non ſolutam an dictum ius regrediēdi ſit tranſlatum ſimul cum penſione. Queſtio.lxxiiij.

1 *Penſio quādo tranſfertur de vna penſione ad aliam extinguitur prima penſio & noua creatur.*

2 *Actor lata prima ſententia pro ſe ſi ante ſequeſtrum cedat alteri beneficium ceſſionario ius ſequeſtrandi non competit.*

3 *Vaſallus ſi commiſit in dominū qui viuens nil ſibi oppoſuit moleſtari non poterit ab eius ſucceſſore.*

4 *Filij ex delicto patris eo mortuo feudo non priuantur.*

SEptuageſimo quarto quęro, Sempronius habens penſio-
nem ſibi reſeruatam ſuper fructibus parochialis eccleſię de
Nanto cum regreſſu ad illam ob non ſolutionem penſionis
& cum facultate illam transferendi poſtquam per Rectorem dicte
eccleſiæ fuit ceſſatum in ſolutione penſionis adeo ꝙ erat locus re-
greſſui ad illam Sempronius prędictam penſionem in Gaium trā-
ſtulit.Gaius autem vult agere contra Rectorem.d.eccleſię ſuper
regreſſu ob penſiones non ſolutas Sempronio, queritur an poſsit:
& dicendum eſt ꝙ non.Quia in perſona Gaii iſta eſt noua penſio,
1 vt nos edocet practica Curię in ſimilibus, †ſecundā quam in tran-
ſlatione penſionis extinguitur prima penſio que erat in pſona trāſ-
ferentis & noua penſio reſeruatur illi in quem fit tranſlatio. pena
enim priuationis beneficii eſt appoſita fauore penſionarii, cui per
taciturnitatem eſt renunciatum & remiſſa videtur per ea quæ vo-
luit Caſſador. auditor Rotę deciſ. z.incipiente apertiſsimi in Ru
bri.de loc.& deciſio. 3.eodem tit.pena enim ſemel extincta non re-
uiuixit.l.qui res.§. aream.ff. de ſolut. Et tanto magis cum ius de
preterito ad ipſum non ſpectat.nam etiam penſiones preteritas exi
gere non poſſet decurſas tempore quo Sempronius erat penſiona-
rius,cū ille ad Sempronium ptineant ſeu heredes eius:vt vidimus
ſupra.q.lii.Nemo.n.ſine actione expitur.l.adigere.§.q̄uis.ff.de tri
but.cum vulgaribus.Cōprobatur hoc:qa videmus ꝙ lata prima
ſnīa pro petitore contra poſſeſſorē beneficii in curia Rom̄.fit ſeque
2 ſtrū peſſeſsionis & fructuū clem̄. 1 .de ſequeſt.poſ.& fruct. †Sed ſi
lata prima ſnīa anteq̄ ſequeſtrum fiat petitor cedat iuri ſuo & alter

In eius iuribus ſubrogetur ſubrogatus non poterit conſequi ſeque ſtrum vigore illius prime ſententie, late in fauorem cedentis. ita no
3 tanter dixit Cardi. in d. clemen. 1. q. 4. † Ad idem, facit quod vo luit ſolennis doctor Albert. brun. in conſil. 107. incipiēte quatuor rationibus in verſic. ſecunda ratio: vbi dixit, ꝙ ſi vaſallus aliquid in dominum committat ex quo veniat feudo priuandus, & domino feudi viuente nil ſibi dictum fuerit de eo ꝙ in dominum commiſ ſerat, ꝙ ſucceſſor illius domini talem culpam vel felloniam allega re non poterit, ac ſi nil dictus feudatarius commiſiſſet. argumento l. omnino, & ibi glo. in verbo non licebat. C. de inoffi. teſta. & ratio predictorū eſt: quia in emphitheoſi & feudo pena priuationis non incurrit niſi dominus voluerit & id declarauerit, vt de emphitheoſi not. Bart. in l. 2. C. de iur. emphit. in l. 1. ff. ſi ager vecti. vel emphi. pet. & in auct. qui rem. C. de ſacr. ſanct. eccle. & Iaſon in d. l. 2. col. 7. verſic. vlti. circa dictum notabile, facit text. in d. l. 2. ibi volenti. Et in feudo tradit Bald. in l. fin. in fin. C. de reuocan. don. & per De cium conſil. 352. incipiente, viſa inſtructione colū. penult. verſic. Non obſtat quod idem conſil. 206. incipiente, queritur an diuiſio colum. fi. in. 2. volu. In caſu autem preſentis, queſtionis Sempro nius transferens penſionem in gaium noluit locum eſſe regreſſui ad eius commodum, ſed penſionem durare, merito gaio nulla com petit actio ad regreſſum. Idem dicendum erit quando rector eccle ſie grauate onere pēſionis mortuus fuerit non ſolutis penſionibus, vel eccleſiam ipſam dimiſerit ſimiliter penſionibus decurſis non ſo lutis: quia agi non videtur poſſe ad priuationem contra nouum be neficii poſſeſſorem propter non ſolutas penſiones per eius anteceſ ſorem, cum penſionarius preteritas penſiones non ſolutas a preceſ ſore a nouo beneficii poſſeſſore conſequi poſſit: vt vidimus ſupra q. 39. Nam non eſt puniendus ex delicto per eius anteceſſorē com
4 miſſo. † Faciūt que pulchre conſulendo ſcribit Sozin. in conſi. 66. incipiente, viſa donatione col. penul. verſic. ex quibus concluditur in. 3. volu. vbi concludit ꝙ ex delicto patris filii feudo non priuan tur patre mortuo. pena enim egredi non debet perſonam delinquē tis, nec pro culpa preceſſoris quis puniri. l. ſancimus. C. de pen. c. 2. de his que fiu. a maior. par. capi. & hanc partem inuenio tenuiſſe Guiliel. caſſiadorum in ſuis deciſ. in preallegata deciſione. 3. in tit. de locat. qui dicit non reperiri expreſſe ꝙ quis cadat a iure ſuo niſi pro tempore ſuo: aut ꝙ caſus predeceſſoris remiſſus vel nō effectua tus propter taciturnitatem creditoris poſſit in perſonam ſucceſſo ris effectuarii,

ris effectuari, & ꝙ in materia priuatiua non eſt imponenda pœna quæ expreſſe non reperitur ſtatuta per tex. optimum in auct. de nõ elig. ſecund. nub. §. Igitur verſi. ſin autem col. 1. quem ad hoc dicit ponderare Bal. in auct. ex teſtamento. C. de ſecund. nupt. & eſt glo. in. c. fin. de iur. patro. Cogita tamen in hoc: quia videtur eſſe in arbitrio ipſius penſionarii agere contra nouum poſſeſſorem ad pręteritas non ſolutas penſiones vel ad regreſſum, ſicuti erat in eius arbitrio agere contra præceſſorem qui ceſſauerat in ſolutione penſionis per ea quæ dicta ſunt in proxima præcedenti. q.

Rector beneficij ſi penſionem non ſoluit ex eo ꝙ in carceribus fuit detentus beneficij priuationem non incurrit. Queſtio. lxxv.

1 *Emphiteota qui ceſſauit ſoluere ex quo fuit in carceribus non priuatur emphiteoſi.*
2 *Cauſa quælibet etiam iniuſta excuſat a dolo.*
3 *Difficultas excuſat debitorem a pena & a mora.*
4 *Carceratio eſt iuſta cauſa petendi reſtitutionem in integrum.*

Septuageſimoquinto quæro: ſi Rector eccleſie ſuper cuius fructibus eſt reſeruata annua penſio Sempronio cum regreſſu ob non ſolutionem penſionis fuerit tentus in carceribus adeo ꝙ nõ potuit penſionem ſoluere, an tunc ſit locus regreſſui ob non ſolutio-
1 nem penſionis. † Ant. de Butrio in. c. ſignificante in. iiii. notabili de pignor. format hanc quæſtionem in emphitheota detẽto in carceribus qui per triennium ſeu biennium ceſſauit ſoluere canonem: nunquid propterea expelli poſsit? Et concludit ꝙ non: quia detent⁹ in carceribus dicitur legittime impeditus refert & ſequitur Iaſon in. l. 2. col. 18. verſi. vigeſimo primo quęro. C. de iur. emphi. impedito autem tempus non currit quo ad pœnam incurrendam quando eſt impeditus ex iuſta cauſa. l. ſi cum dies. §. ſi quis ex litigatoribus & ibi Bart. ff. de arbitr. l. 2. §. 1. & ibi doctores. ff. ſi quis caut. vbi Alexã. facit quia pœne ſunt odioſe, ideo reſtringendę. c. in pœ
2 nis de regul. iur. in. vi. † Et quælibet cauſa excuſat a dolo etiam iniuſta vt not. per gloſ. in. l. plagii la. 2. C. ad. leg. iul. de plag. in. l. 1. in fine. ff de abig. & probatur in. l. Igitur. ff. de liber. cauſa Bal. in. l. 1. in fine. C. vbi cauſ. ſtat. Angel. in. l. 1. in fine prin. ff. de eo per-

quem fact.erit. Decius conſilio.452.col.1.& conſi.418.col.fina. in fine in.3.volu. Iaſon conſi.84.incipiente ommiſſa col.4.in.1. vol.& Sozin.conſi.108.col.vi.in uerſi.inſuper in.1.vol.& Corn.
3 conſi.278.col.antepenul.in.2.volum. † Et difficultas excuſat debitorem a pœna & amora ſiue obligatio contineat ſpeciem, ſiue quantitatem, de quo late per doct. in.l.quod te.ff.ſi cert.pet.& per D. Ioan. Crotum præceptorem & Dominum meum in.l.eadem.§. Cato.in.1.lect.nu.66.ff.de ver.obl.facit, optime tex.pro iſta cõcluſione in.d.c.ſignificante de pignor.& ibi Abb.in.3.not.verſi. Item nota vbi dixit ꝙ detentio in carceribus excuſat a cõmiſſione pœnę
4 † In eo ꝙ non adimpleuit ꝙ facere tenebatur & carcetatio eſt iuſta cauſa petendi reſtitutionem in integrum.l.2.& ibi Bal.C.ex quib. cauſ.maior.ex prēmiſſis Igitur concludi poteſt ꝙ idem dicendum ſit in debitore pẽſionis ꝙ ſupra dictũ fuit i emphitheota carcerato.

Penſionarius qui obtinuit rectorem beneficij illo priuari ob non ſolutionem penſionis an præteritas penſiones exigere poſsit. Quæſtio. lxxvi.

1 *Pene plures quæ ex diuerſis cauſis oriuntur non tolluntur electione vnius*
2 *Dominus expellens emphitheotam priuati ob non ſolutionem canonis prēteritas penſiones petere poterit.*
3 *Penſio eſt onus reale & beneficio choeret.*
4 *Colonus etiam ꝙ expellatur non perdit ſua melioramenta.*
5 *Eccleſia poteſt conſequi præteritas penſiones non ſolutas & emphitheotam expellere.*
6 *Pene plures quando proueniunt ex cauſis omnino diuerſis vnius electione alie non tolluntur.*
7 *Debitor penſionis vt euitet penam priuationis probare debet ſe ſoluiſſe.*

SEptuageſimoſexto quæro. Si penſionarius obtinuerit poſſeſſorem beneficii illo priuari ob non ſolutionem penſionis iuxta tenorem literarum reſeruationis dictę penſionis & beneficium appræhenderit vigore regreſſus ſibi deſuper reſeruati ob non ſolutionem dictæ penſionis, an poſsit petere prēteritas penſiones? & videtur dicẽdum ꝙ ſic per tex.in.l.ſi colonus in principio.ff.locat.vbi eſt tex.ꝙ ſi dominus inceperit ab expulſione coloni, tamẽ conſequi poterit præteritas penſiones. Ad idem facit tex.in auct.qui rein.C.

de ſacroſan.eccl.& in.§.ſi vero quis locator in auct.de alien. & em-phit.in quibus iuribus dicitur ꝙ emphitheota eccleſie ſi canonem per bienium non ſoluit expelli poteſt:& tenetur etiam ad ſoluendũ præteritas penſiones. Tertio facit:quia penſio debetur propter reſeruationem de ea factam auctoritate ſuperioris qui illam imponere potuit accedente conſenſu Rectoris eccleſiæ grauatæ: priuatio
1 autem fit ob.contumatiam non ſoluentis. † Quãdo autem diuerſæ pœne proueniunt non ex vna cauſa,ſed ex diuerſis,vt in terminis noſtris,numquam electione tolluntur nec ſatisfactione.l.numquã
2 plura cum ſimilibus.ff.de priuat.delict. † Quarto facit quod voluit Bart.in.l.2.C.de iur.emphi.& ibidem Cyn.& Saly.poſt.Iaco. de aren.& Petrus de Anch.& Butr.in.c.potuit de locat. in quibus locis tenent,ꝙ Dominus qui emphitheotam expulit ob non ſolutionem canonis loquendo etiam in emphitheota priuati petere poterit præteritas penſiones. Iſtis non obſtantibus contrariam partẽ puto de iure veriorem,ꝙ immo penſionarius qui obtinuit poſſeſſorem beneficii illo priuari ob non ſolutionem penſionis decurſas pẽ
3 ſiones petere non poterit. † Moueor quia penſio eſt onus reale & cohæret ipſi beneficio,vt inquit Felyn.in.c.ad audientiam.el.2.de reſcri.& dictum fuit ſupra quæſtione.39.numero.5.& quæſtione 43.penſionarius autem ſuccedens in beneficio ſuper quo ſibi erat aſsignata penſio,ſuccedit ſuo debitori:ideo eius creditum confunditur.l.Stichum.§.adiectio.ff.de ſolu.l.cum ſecundum.C.de fideicon.l.debitori.& ibi gloſ.C.de pact.& dictum fuit ſupra quęſtione 49. Secundo facit:quia priuatus beneficio ad ſolutionem pẽſionis vlterius non tenetur tex.eſt & ibi doct.maxime Abb.in.c.Niſi eſſet de preben.Tertio facit bonus tex.in.l.apud Celſum.§.Labeo.ff.de doli excep.vbi tex.dicit,ꝙ condẽnatus ad dandum hominem ſi promiſsit illum intra certum diem tradere,& ſi dicta die traditus nõ fuiſſet,penã quoq; adiecerit,ꝙ ſi petitor trãſacto termino homine nõ tradito pœnã & hominẽ petat exceptione repellit̃:quia dicit ibi tex. iniquũ ẽ pœnã & hominẽ petere:ad idẽ tex.in.l.prędia.ff.de act.empt.& in.l.cũ ꝓponas.C.de trãſact.& in.l.qui fidẽ:& vtrobiq; Bart. ff.de trãſact.debet enim pẽſionarius eſſe altero cõtentus,vt in ſimili cõſuluit Iaſon conſi.49.incipiẽte,videret̃ prima facie col.1.verſi. Sed pręmiſsis nõ obſtantibus in.1.volu.not.doct.in.c.fin.de loca. & Bal.in.l.defuncto.C.locat.Saly.ĩ.l.quoties ad fin.C.de fideicõ.
4 †Nec obſtãt adducta ſupra ĩ cõtrariũ & prio tex.ĩ.d.l.ſi colonꝰ ĩ prĩ. ff.loca.q̃ loq̃tur ĩ ſimplici colono,q ẽt ꝙ expellat̃ nõ ꝑdit ſua melio

ramenta immo expulſus poteſt illa petere a Domino fundi, vt in/quit ibidem tex. hinc eſt ꝙ non eſt abſurdum, ꝙ teneatur ad penſionem non ſolutam. Sed in caſu noſtro Rector. beneficii ſuper cuius fructibus penſionem ſoluebat beneficio, in quo ius habebat priuatur: ideo abſurdum eſſet ꝙ multiplici pœna puniretur, ſcilicet beneficii priuatione, & ſolutione penſionis contra ea quæ habẽtur in. c.
5 at ſi clerici. §. fin. de iudit. † Ad tex. in auct. qui rem. C. de ſacroſan. eccl. & in. §. ſi vero quis aut locator in auct. de alien. & emphit. Reſpondetur ꝙ eſt illud ſpeciale in eccleſia ꝙ vtrunq; conſequi poſsit, videlicet expulſionem emphitheotæ & præteritas penſiones. Ita reſpondent ad dicta iura Cyn. & Alber. in. d. l. 2. col. 3. C. de iur. emphi. & Imol. in. d. c. potuit de loca. col. xxii. & Iaſon i. d. l. 2. col. 43. & 44. Ad tertium ꝙ quando diuerſæ pœnæ proueniunt nõ ex vna cauſa ſed ex diuerſis, nunq̃ electione tolluntur. d. l. nunq̃ plura. ff. de
6 priuat. delict. † Reſpondetur ꝙ dicta regula procedit quando pœnæ proueniunt ex cauſis omnino diuerſis, vt ex furto & ex homicidio: ſecus ſi ex cauſis quarum vna veniat quaſi in cõſequentiam alterius, vt eſt in caſu quæſtionis noſtræ: nam priuatio beneficii venit in conſequentiam non ſolutionis tex. autem in. d. l. nunq̃ plura loquitur quando pœnæ proueniunt ex diuerſis cauſis & ex diuerſis factis, vtputa ꝙ quis ſurripuit hominem, & eum occidit. In caſu autem noſtro, licet diuerſæ cauſæ videantur, ſunt tamen ex vno tãtum facto, videlicet ob non ſolutionem penſionis. Iſta reſponſione in ſimili ad illum tex. vtitur Iaſon i. d. l. 2. C. de iure emphi. col. 45 Quarto dum adducebatur doctrina Bart. & aliorum in. d. l. 2. tenẽtium ꝙ Dominus poſsit emphitheotam expellere, & non ſolutas penſiones petere: Reſpondetur ꝙ contrarium tenuit gloſa in. d. l. 2 & ibi Angel. & ſpecul. in titulo de loc. §. nũc aliqua verſi. 33. & ibi Io. andr. in addit. Iacob. de beluiſ. in. §. quod autem in auct. de nõ alienan. quem refert & ſequitur Card. in. d. c. potuit: & ibidẽ Imol. col. 32. & contra Bart. tenuit etiam Iaſon in. d. l. 2. col. 43. verſi. in quantum Bartolus: & col. 44. & 45. & ſic cõmunis opinio eſt contra Bartolum & ſequaces in emphitheota priuati: ex qua communi opinione ſummitur fundamentum validum pro concluſione q̃ ſupra firmaui videlicet ꝙ pẽſionarius qui eſt aſſecutus beneficium vigore regreſſus ob non ſolutionem penſionis penſiones decurſas conſequi non poſsit faciunt pro iſta concluſione dicta ſupra. q. 73 vbi fuit concluſum ꝙ ſi pẽſionarius cui locus erat ad regreſſum. Ad beneficium ob non ſolutionem penſionis ex eo quia ceſſatum fuerat

rat

rat in illius ſolutione recipiat ſimpliciter præteritas penſiones non poterit vti beneficio regreſſus:bene verum eſt ꝙ Iaſon in.d.l. 2.col. 43.circa fin.verſi.Nunquid autem ſi Dominus:& ibidem Bal.ſen tiunt ꝙ Dominus expellendo emphitheotam ob non ſolutionem canonis ſi proteſtetur ꝙ intendit etiam conſequi præteritas penſio nes poterit non obſtante deiectione illas petere quod dicendum vi
7 detur etiam in caſu noſtro faciunt dicta ſupra in.d.q.73. † Quan do autem agitur ad priuationem beneficii ob penſionem non ſolu/ tam quis probare habeat an actor non ſolutam penſionem vel debi tor ſe illam ſoluiſſe recurre ad ea quæ tradunt Doct.in d.l.2.vbi Ia/ ſon col.39.in verſi.in ea gloſ.ibi qui refert omnes Doctores ibidē tenere ꝙ emphitheota contra quem Dominus agit ad priuationē ꝓbare debet ſe ſoluiſſe:ponit Imol.i.d.c.potuit:vide ēt glo.& Cyn. in.l.2.C.loca.& not.in.l.1.C.de prob.& per doct.in.c. cū eccleſia ſutrina de cauſ.poſſ.& propriet.& per doct.in.c.fin. de iure iurand.

Rector beneficij ſi non ſoluit penſionem ex eo ꝙ nō fuit requiſitus ad illam ſoluendam an cadat in pe nam priuationis beneficij. Queſtio. lxxvij.

1 *Vaſallus qui per annos tres cenſum non ſoluit quia requiſitus non fuit non amittit feudum.*

2 *Litis conteſtatio requiritur ad conſtituendum quem in mora.*

3 *Debitor prius requiri debet ad ſoluendum extraiudicialiter vt creditor expenſas inſtrumenti recuperare poſſit.*

4 *Pena impoſita iudici aliquid non facienti habet locum quando ceſſauit facere requiſitus.*

5 *Statutum puniens iudicem non facientem condemnationem intelligitur ſi fuit requiſitus.*

6 *Excommunicator non tradens copiam excommunicationis incurrit pe nam ſi fuit requiſitus.*

7 *Qui promiſit aliquem ſub pena preſentare iudici penam incurrit ſi non preſentat illum requiſitus.*

8 *Obligatus ad defendendum intelligitur obligatus ſi fuerit requiſitus.*

9 *Promittens dare aliquid certa die ſub pena ſi non dat in penam incidit.*

10 *Pena priuationis beneficij ob non ſolutionem penſionis apponitur per Papam de conſenſu beneficiati.*

11 *Solutioni cenſus q̄n certa dies apponitur tunc nō ſoluens penā incurrit.*

12 *Iudex non petenti non tenetur officium ſuum impartiri.*

13 *Pena mere legalis ſemper monitionem requirit.*

14 *Rector beneficij penſionem non ſoluens quia fructus non percepit penam priuationis non incurrit.*

15 *Rector beneficii ſi fuit tentus in carceribus ideo non ſoluit penſionẽ priuationis non incurrit penã.*

16 *Idẽ eſt qñ is cui fieri debet ſolutio nõ repitur in loco deſtinate ſolutiõis.*

17 *Emphitheota q canonẽ nõ ſolvit hereditate dñi iacẽte penã nõ incurrit.*

18 *Penſionis debitor quando non adeſt cui ſoluat an offerre vel conſignare indici penſionem debeat.*

19 *Penſio debet offerri penſionario & hoc ſufficit ad penam euitandam.*

20 *Rector beneficij cui literę intimate non fuerunt non ſoluendo pẽſionem penam non incurrit.*

21 *Intimatio literarum penſionis fieri debet per notarium.*

22 *Succeſſor in beneficio non incurrit penam priuationis ſi eius predeceſſor penſionem non ſoluit.*

23 *Proteſtatio facta iudici preceſſori ſucceſſorem non afficit.*

24 *Poteſtas declarandi ad heredem non tranſit.*

SEptuageſimo ſeptimo quero ſi is qui penſionem ſoluere tenetur illam non ſoluerit debito tempore literis reſeruationis ſibi legittime intimatis in quibus aderat clauſula ꝙ ſi tardauerit in ſolutione penſionis per tempus in literis appoſitum beneficio priuatus exiſtat & ad illud regreſſus penſionario competat an priuationis penã incurrat ſi non ſoluerit penſionem ex eo ꝙ ad illã ſoluendã requiſitus non fuerit. Circa hanc queſtionẽ videtur dicendum ꝙ penam non incurrat ꝑ ea quę voluit Imol.in.c.2. col.x.de feud.& in.l.quod dicitur.ff.de verb.obl.& Alex.in conſil.ix.col.3.

1 & conſ.v.col.1.in.v.volu. †In quibus locis concludũt, ꝙ ſi vaſallus ſteterit ꝑ negligentiã per annos tres ꝙ cenſum non ſoluerit non requiſitus propterea feudũ non amittit, & eſt de hoc text.in.c.licet vaſallus ſi de feud.fue.cont.inter domi.& agna.in vſi.feud.vbi dicitur ꝙ quantocũq; tempore ſteterit vaſallus ꝙ ſeruitiũ non ꝑſtiterit non interpellatus feudo non priuať.Et tradit Brun.in conſ.xli.col.3.in fi.& latiſſime Iaſon in.l.2.col.xi.et.xii.C.de iur.emphi. †Se-

2 cundo facit quia ad hoc vť quis in mora conſtituatur requirit litis conteſtatio.l.ſi ex legati cauſa.l.ſi ſeruum.§.ſeqtur.& l.mora.ff.de verb.obli.l.mora in princ.&.l.videamus.§.ſi actionẽ.ff.de vſur.&

3 l.ſi in aſia.§.fin.ff.depoſit.l.quod te cũ materia.ff.ſi cert.pet. †Ter-

tio facit quia ad hoc vt creditor poſsit recuperare a debitore expē/ſas quas facit pro recolligēdo inſtrumento ſui crediti requiritur ꝙ debitor prius requiſitus fuerit ad ſoluendū:ita dixit Bald.in.l.non ignorat verſi.modo ego quero.C.de fruct.& litis expen.idē voluit Angel.in.l.2.C.de obſequi.& in.l.debitores.C.de pignor.Ant.de but.in.c.1.extra de libel.obla.& in.c.nouit.de iudi.Salice.in.l.edita.C.de eden.Barto.& Bald.in.l.pretor ait.§.1.ff.de eden.Specul. in titul.de renunc.§.1.circa princip.In quibus locis doctores tra/dunt generalem regulam,ꝙ ſi debitor non ſit primo monitus & extraiudicialiter interpellatus ad debitum ſoluendum non tenea/tur ad aliquas expenſas ſi poſtmodū in iudicio conuentus ſe velle

4 ſoluere dicat. †Quarto facit quia ſi fuerit impoſita pena iudici ali quid non facienti ita demū locum habet pena ſi iudex requiſitus fue/rit ad illud faciendū aliter non vt habetur per Innoc.in.c.fin.poſt But.per glo.ibi de reſcrip.Abb.in.c.ſignificauerunt.col.4.de exceptio.& in.c.cū ſit generale.col.2.de for.comp.& in.c.auditis in fi.

5 de procur.†Quinimmo ſi ſtatutum puniret iudicem non facientē certam condēnationem intelligitur ſi fuerit requiſitus ita cōſuluit Franc.de Rāponi.cuius conſi.habetur inter conſi.Calder.in tit.de penis.nu.4.& dicit Abb.in.c.penul.col.penul.verſi.Nota vnū de iudi.ꝙ pena impoſita iudici infra certum tēpus iudicanti nō incurritur ſi pars non inſtetit.facit optime tex.in.c.breui & que ibi no/

6 tantur de iur.iuran.& in.l.fina.C.vt infra cer.tempus.†Quinto facit.Nam excōicator qui excōicationis ſniam in aliquem tulit te/netur ſub pena infra mēſem copiam ſnie tradere excōicato tū talis pena ita demū locum habet ſi excōicator requiſitus copiam dicte ſnie non tradidit tex.eſt in.c.1.de ſent.excōic.in.vi. Sexto adduco quod habetur in.c.1.§.fi.ibi ſi petantur de ſepult.in.vi.vbi demā datur religioſis qui in eorū eccleſia ſepelierunt corpus illius quem induxerunt ad eligendū in eorum eccleſia ſepulturā ꝙ illud ſub cer/ta pena infra octo dies reſtituant eccleſię cui de iure venit reſtituē/dus quam tū penam ita demum incurrunt ſi moniti & requiſiti nō

7 reſtituūt illud vt dicit ibi tex. †Septimo ad idem facit ꝙ conſulē/do dixit Paulus de caſt.in conſi.166.incipiente,videtur ꝙ dictus Ioannes Paulus,vbi conſuluit ꝙ qui promiſit aliquem iudici pſentare ſub certa pena infra dies octo intelligitur ſi fuerit requiſitus.

8 †Octauo facit,nā obligatus ad aliquem defendendū:ita demum defendere illum tenetur ſi fuerit requiſitus immo non ſufficit ꝙ ob/ligatus ſciuerit moleſtari illum;ita voluit Abb.conſ.144.incipiē

te in queſtione que vertit in. 2.col.& ita cõiter concluditur in venditore qui de euictione tenetur. Nam nõ ſufficit ſcire litem emptori motam ad hoc vt de euictione teneatur niſi venditor fuerit requiſitus ad defendendum vt late poſt alios tradit Felyn.in.c.cum.M. ferrarien.col.xx.verſic.ex his infertur de conſti.& pro iſta parte faciunt adducta per Decium in conſi.2.in.1.volu. Iſtis tamen non obſtantibus contrariam partem de iure puto veriorem, videlicet ꝙ debitor penſionis ſi ceſſauerit in illius ſolutione per tempus in literis contentum penam priuationis incurrat etiam ſi non fuerit requiſitus ad ſoluendum penſionem. Et moueor quia in litteris reſeruationis annuę penſionis eſt appoſitum tempus intra quem ſolutio fieri debet certum & determinatũ, ideo non eſt opus alia interpellatione.l.magnã.C.de contr.& comit.Stipul.l.2.C.de iur.emphit.c.fi.de locat.& habetur late ꝑ doct.in.d.l.magnam vbi Bal. in.1.col.allegans.Inno.in.c.extirpande de prebẽ.dicentem, ꝙ vbi agitur de pena cõmuni committenda ratione neglectus ibi debet fieri denunciatio vel dies apponi ſecus quando cõmittitur ratione
9 facti quia tunc monitio non eſt neceſſaria. † Et dixit Bal.in.d.l.magnam.col.1.verſi.gloſa colligit hic duo, ꝙ ſi aliquis promittit dare aliquid certa die ſub pena ſi illa die non dat penam incidit impurgabiliter facit quia ſi Epiſcopus vltra ſex menſes retinet eccleſiam non couſecratus illa ipſo iure eſt priuatus niſi iuſta cauſa ſubſit non petendi conſecrationem.c.cum in cunctis de elect. Nec requiritur aliqua monitio cum certum tempus ſit appoſitum, ita notanter dixit Milus in ſuo repertorio.in verbo Epiſcopus verſic. xx.incipiente Epiſcopus debet eligi, ſolum enim temporis lapſus ſufficit ad priuationem vt not.per Compoſt.& Ioan.andr. in.d.c.
10 cum in cunctis & ibidem Anto.de but. † Facit quia iſta pena priuationis in euentum non ſolutionis penſionis apponitur per Papã & de conſenſu Rectoris beneficii qui penſioni conſenſit, ideo alia interpellatione non eſt opus. nam videmus ꝙ etiam in pena appoſita facto negatiuo ſufficit pro monitione tempus etiam a lege ſtatutum prout in caſu noſtro in quo pena eſt appoſita a Papa, & ex conſenſu partis vt dixi: vt per Abb.in.c.extirpande.§.quia vero de preben.in repet.col.v.et.vi.& in lect.col.vlt.ſufficit enim intimatio literarum in penſionibus quo ad penam incurrendã: Quinimmo ſi quis perſonaliter conſenſerit reſeruationi penſionis in qua eſt appoſita pena priuationis beneficii ob illius nõ ſolutionem ſi ceſſauerit in ſolutione penſionis etiam literis ſibi non intimatis predi

ctam penam incurrit: vt late deducit Guiliel. Caſſado. auditor Ro
tę in deciſ. ſuis ſuper dubiis regul. cancel. in Rubr. de penſio. deciſ.
2. vbi dicit ita iudicatum fuiſſe tempore ſuo & deciſum per maio-
rem partem dominorum: & intimationem literarum ad effectũ in-
curſionis penę ita demum requiri de neceſſitate dicit quando quis
per procuratorem penſioni conſenſit. quia tunc in eo cadit proba-
bilis ignorantia de ſupplicationis forma & contentis in ea. l. fin. ff.
ſoc. & c. ab excommunicato de reſcrip. & ita dicit Palatium ſerua-
re. Idem dicit Gomes auditor Rotę in compendio ſuo vtriuſq; ſi-
gnatures numero. 89. fol. 87. Idem erit quando penſio fuiſſet aſ-
ſignata abſq; conſenſu. Nam intimatio literarum neceſſaria erit ad
penam priuationis incurrendam: ita dicit idem Caſſado. deciſ. xii.
11 in Rub. de reſcrip. † Ad allegata in contrarium reſpondetur. Et pri
mo non obſtant adducta in primo contrario. Nam non procedũt
quoties cenſus ſoluendus per feudatariũ conſiſteret in certa quan-
titate pecunie vt eleganter conſuluit Alber. bru. in conſi. xli. col. 4.
in fin. Reſpondetur & alio modo ꝙ non procedunt quãdo eſſet ap-
poſita ſolutioni cenſus certa dies. Nam eo caſu alia monitio nõ re-
quireretur ad incurrendam penam priuationis feudi: ita dixit Alue
rot. poſt Andr. de iſern. in. c. 1. §. ſed nec alia in titu. que fuit prima
cauſ. benefi. amit. in vſib. feud. quem refert & ſequitur Brun. conſi.
proxime allegato. col. vi. circa med. verſi. ſubdit fortius ad ſecundũ
dum dicebatur ꝙ litis cõteſtatio requiritur ad conſtituendum quẽ
in mora reſpõdetur illud non procedere in caſu noſtro quia litis cõ-
teſtatio non requiritur quando ſumus in cauſa penſionis executi-
ua vt in terminis queſtionis noſtrę & vidimus ſupra. q. lxxi. Reſpõ
detur ſecundo ꝙ in caſu noſtro ſufficit ſola literarum intimatio vt
ſupra dictum fuit. Ad tertiũ dicitur ꝙ expenſe que fiunt pro recol-
ligendo inſtrumento obligationis non continentur in principali
12 obligatione: ideo non debentur niſi precedat interpellatio. † Ad ea
que deducta ſunt in quarto contrario reſpondetur ꝙ iudex non te-
netur officium ſuum impartiri non petenti: ideo ſi iudex requiſitus
non fuerit penam non incurrit, & ita etiam procedunt adducta ſu-
pra in quinto contrario. dies enim ſine requiſitione in illis caſibus
pro homine non interpellat Felyn. in. c. ſi autem. col. 3. verſic. Et ca-
ue de reſcrip. Ad ſextum reſpondetur ꝙ procedit in ſimplici pena le
gali ſecus in conuentionali prout dici poteſt in caſu noſtro in quo
intercedit appoſitioni pene conſenſus ſoluere debentis & auctori-
tas Papæ que incurritur tranſacto tempore in obligatione appoſi-

13 to vt ſupra dixi.† Nam ſemper pœna mere legalis requirit monitio
nem vt dixit Innoc.in.d.c.extirpande.§.quia vero de cōceſ.præbē.
quē ibi ſequunt Ioá.andr.& Butr.& Bal.in auct.hoc amplius col.
z.verſi.quærit vtrū.C.de fideicō. Et in.l.qui crimen in princ.C.q
accuſ.& Alex.in.l.Ita ſtipulatus col.v.ff.de verb.oblig.Card. cōſi.
lv.incipiente in caſu xpōfori,& Paul.de caſt.conſi.166.incipiente
videtur ꝙ dictus: Adducta vero i.vii.&.viii.cōtrariis procedunt in
obligationibus facti nos vero ſumus in obligatione ſoluendi certā
ſumā certo tēpore ideo cum ſimus in caſu diuerſo de vno ad alium
non infertur.l.Papinianus exuli cū vulgaribus.ff.de minor.Rema-
net ergo firma concl.ꝙ debitor penſionis ſi ceſſauerit in illius ſolu
tione per tempus de quo in literis reſeruationis penſionis incurrit
priuationis beneficii pœnā de qua in dictis literis etiā ſi requiſitus
14 non fuerit vt penſionē ſoluat.† Iſtam concluſionem limita multis
modis & primo non procedere quando debitor penſionis illam nō
ſoluit per aliquod tempus ex eo quia fructus beneficii omnes per
id tempus perierunt per ea quæ dixi ſupra.q.lxii.faciunt quæ addu
cit Alex. in conſi.11z.incipiente videtur in præſenti in.1.volum.
vbi concludit ꝙ conductor & etiam emphitheota non teneatur ſol
uore penſionem quando fundꝰ Cuius occaſione ſoluitur certis an-
nis fuiſſet ab aquis inſollitis in totum ſumerſus & in ſolutione pen
ſionis idem voluit Felyn.in.c.ad audientiam el.z.de reſcri. de quo
15 late dixi ſupra in.d.q.lxii. † Secundo prædictam concluſionem li-
mita non procedere quando debitor penſionis detentus fuit in car-
ceribus per illud tempus & propterea penſionem nō ſoluit nam pri
uationis penam tunc non incurrit vt in ſimili in emphitheota con
cludit Butr.in.c.ſignificāte in.iiii.not.de pignor.quem refert & ſe-
quitur Iaſon i.l.z.col.xviii.verſi.vigeſimoprimo quęro.C. de iur.
16 emphi.& de hoc dixi ſupra.q.lxxv. † Tertio limita prædictam con
cluſionem non procedere quando penſionarius cui fieri debet ſolu-
tio non reperitur in loco deſtinate ſolutionis eo tempore quo ſolu-
tio ipſa fieri debet & minus adeſt aliquis eius ꝓcurator legittimus
cui legittime ſolui poſsit nam eo caſu pena non incurritur ita con-
ſuluit in ſimili Alex.conſi.9z.incipiente perſpectis his quę intima
te col.3.verſi.Alia etiam ratione in primo vol.vbi conſuluit ꝙ ob-
ligatus ſub pœna ſoluere certo tempore pœnam nō incurrit ſi is cui
fieri debebat ſolutio tempore ſolutionis fiende nō erat in loco.deſti
nate ſolutiōis ſed fuerat in aliam prouintiam allegat Bal.in.l.acce
ptam in.14.quæſtione,C.de vſur.& Bal.& Imol.in.l.cū filius.§.

fin.ff.de verb.oblig.& not.per Hoſti.in tit.de loca.prope finẽ verſi.
17 Quid ſi emphitheota promiſit in ſuma. † Vbi dixit ꝙ ſi heredi-tate proprietarii iacente lapſum eſt Biennium vel triennium em-phitheota qui non ſoluit canonẽ non propterea cecidit a iure ſuo ſe-curus eſt enĩ emphitheota poſtq̃ nõ fuit cui ſoluat & not.per Dyn. in.c.cum quis in ius de regul.iur.in.vi.vide eundẽ Alex.in.l.Item il-la.ff.de conſti.pecun.& tex.in.c.ſignificãte de pignor.qui eſt adhoc
18 notabilis. † Quid autẽ habeat facere debitor penſionis in tali ca-ſu an teneatur deponere penſionem penes iudicem vel corã eo para-tum ſe offerre ad ſoluendũ videtur dicendũ ꝙ teneatur offerre & con-ſignare iudici penſionẽ per doctrinã Bart.in.l.ſi reus paratus in fine ff.de ꝑcura.vbi dixit ꝙ quando quis vult ſoluere vt pœnã euitet ſi creditorẽ non reperit cui ſoluere poſsit debet auctoritate iudicis fa-cere conſignare debitum:& coram iudice offerre per illum tex.& ad hoc vt ſciatur vtrum ille creditor reperiatur,vtputa quia forte forẽ-ſis eſſet,fiat præconium de hoc: facit ad prædicta tex.in.l.accep-tam.C.de vſur.& quod voluit Petr.de Anch.in conſi.86.incipien-te pro faciliori ſolutione.Alex.tamen in.d.ſuo conſi.92.col.3.in fi-ne & col.iiii.in princ.dicit non eſſe opus,vt debitor ſe offerat paratũ ſoluere ſi eſſet qui reciperet quando conſtat creditorem eſſe abſentẽ a loco in quo ſolutio fieri debebat allegat tex.in.l.ſi fundũ.§.Mar-cellus.ff.de leg.commiſ.& in.l.per rem.§.fin.&.l.cum quidam.§.ſi pupillus.ff.de vſur.& reſpondendo ad prædictam doctrinam Bart. dicit ꝙ illa procedit in caſibus in quibus requiritur conſignatio & depoſitio pro vt loquitur tex.in.d.l.ſi reus paratus & ibi declarat Bal.& Bart.in.l.ſi ſeruum.§.nunc videamus in fine.ff.de verbo.ob-liga.Nam etiam quandoq; ad euitandum pœnam requiritur obla-tio,depoſitio,& cõſignatio.l.2.in fine ſecundũ vnũ intellectũ gloſ. C.de iur.emphi.& ꝙ ita intelligatur prædicta doctrina Bart. patet ex eo ꝙ dixit idem Bart.in.d.l.ſi ſeruũ.§.nunc videamus & in.l.Itẽ illa.ff.de conſti.pecun.vbi dixit ꝙ ſatis eſt,ꝙ ille qui non habet cui ſoluat,dicat ſoluerem ſi haberẽ cui:& ꝙ non requiritur depoſitio & conſignatio:& ita rationibus prædictis puto dicendum in debito-re penſionis.
19 † Quarto limite prædictam concluſionem non pro-cedere quando penſionarius erat præſens in loco deſtinatæ ſolutio-nis & debitor penſionem obtulit.Nam quando tractatur de effectũ nõ incurrẽdi morã vel pœnã vel curſum vſurarũ,nondũ inceptarũ tũc ſi adeſt cui offerat debet offerri,& ſola oblatio ſufficit & excuſat a pœna.Ita cõcludit Alex.in pallegato conſi.92.col.3.in fin.alle-

gat tex.in.l.ſi patre.C.de vſur.& not.in.d.l.acceptam:ſi autem nõ
adeſt cui offeratur tunc debitor ſine oblatione eſt ſecurus per tex.in
20 d.§.marcellus. † Quinto limita dictam concluſionem procedere
quando debitori penſionis fuiſſent intimatę literę reſeruationis pẽ/
ſionis:ſecus ſi literę ſibi intimatę non fuerint:quia tunc non ſoluẽ/
do non incidit neq; in pœnam excommunicationis,neq; in pœnã
priuationis etiam ſi ſciret literarum expeditionem & illarum teno/
rem:facit quod voluit Bart.In.l.denunciaſſe in principio.ff.de ad/
ult.quam legit ſub.l.qui vxori.§.quid ergo:vbi dixit,ꝙ quando re
quiritur notitia alicuius nõ ſolum vt ſciat:ſed vt aliquid faciat,vel
non faciat,debet ei fieri intimatio etiam ſi aliunde ſciat. Ideo emp/
tor debet debitori denunciare ꝙ veniat ad eum defendẽdum:nec ſuf
ficit ſciẽtia aliunde habita:facit tex.in.l.1.C.d.pericul.& com.rei
vend.vide Fely.ad hoc in.c.cum.contingat col.3.verſi.Quarta cõ
cluſio de reſcrip. Iſtam limitationem intellige procedere quando is
contra quem agitur non fuit ille qui perſonaliter conſenſit reſerua
tioni penſionis nam in eo qui perſonaliter conſenſit non requiritur
alia intimatio vt ſupra dictum fuit tenere rotã:& habetur per Caſ/
ſador.ſupra allegata deciſ.2.de penſ.& deciſ.xii.de reſcri.& per Go
21 meſ.in compendio ver.ſignature numero.89. † Et fieri debet inti/
matio literarum per notarium data copia literarum ſi petatur ab
eo cui literę intimantur & ita obſeruatur ſicuti alias dicimus in de/
nunciatione motæ litis quam facit emptor vẽditori ſibi de euictio
ne obligato,cui tenetur oſtendere & dimittere copiam citationis &
libelli ipſi emptori dati ſecundum Bar.in.l.empti.C.de euict. An/
gel.& Imol.in.l.in executione.§.in ſolidũ.ff.de verb.oblig.& Car.
in clem.cauſam in fine de elect per illũ tex.quẽ adhoc multũ extol/
lit,inferens ex eo.ꝙ oĩs intimatio quæ obligat ad aliquod præiudi
ciale fieri debet in.d.forma.Fely.tamen in.c.cũ.M.ferrarienſis col.
xx.verſi.ſed adde ꝙ dicit ꝙ emptor cui mota fuit lis,non tenetur da
re copiã citationis ſibi factę,& libelli ſibi dati. *Sed* ſufficit vẽditori
legere ea quę ſibi oblata ſunt niſi venditor illorũ copiã petat quia
tunc dari debet iuxta tex.in clem.cauſam ſupra allegatũ quem ſic in
22 telligendũ dixit. † *Sexto* limita dictã concluſionẽ non ꝓcedere in
ſucceſſore in beneficio grauato onere penſionis,quia ſi eius pręceſ/
ſor penſionem nõ ſoluit,non propterea ipſe ſucceſſor ex ea cauſa be/
neficio ipſo priuari debet,licet teneatur ad præteritas penſiones de
curſas tempore prædeceſſoris,vt dixi ſupra.q.43.& eſt ratio q̃a de
lictum pręceſſoris in odiũ ſucceſſoris redundare nõ debet.c.delictũ
perſonę

perſone de regul.iur.in.vi.immo quo ad iſtum nouum ſucceſſorē in beneficio requiritur noua intimatio literarū,nec eum artat intimatio facta eius preceſſori. † Facit quod voluit Felyn.in.d.c.cum M.ferrarienſis.col.xv.verſi.tertia concluſio.de conſtit.vbi dixit,ꝙ proteſtatio facta iudici preceſſori corā ſucceſſore non prodeſt.ideo opus eſt illam coram eo reiterare.allegat Moder.in repeti.c.ex ratione.col.xi.verſic.Et queritur de appel.dicentes Barto.ita conſuluiſſe.Ad quod facit tex.in.l.edictum.ff.de iudic.vbi text.dicit,ꝙ coram ſucceſſore requiritur noua citatio.dato ꝙ coram preceſſore omnia edicta expedita fuiſſent pro concluſione firmata. In iſta limitatione vide Guiliel.Caſſad.in ſuis deciſ.deciſ.2.in tit.de locat.&cond.&deciſ.3.eod.tit.vbi atteſtatur concluſum fuiſſe in Rota ꝙ ſi dominus nō declarauerit caducitatem eius ſucceſſor illam declarare non poſsit.allegat tex.in.l.fi.C.de reuocan.donat.glo.in.c.fin.de donat. † Et illud quod poteſtas declarandi ad hęredem regulariter non tranſit;nec egreditur perſonam.glo.in.l.idem Pomponius.§.fin.de rei vendi.Bart.&Alex.in.l.inter ſtipulantem.§.1.ff.de verbo.obliga.ſubdens ꝙ ſucceſſor in beneficio etiam ſi interpellatus non ſoluerit penſiones decurſas tempore ſui preceſſoris non propterea incidit in pœnā priuationis beneficii. Idem voluit idē Caſſador.in deciſ.4.eodem titulo.

23 (margin, beside "matio facta eius preceſſori. † Facit")

24 (margin, beside "fin.de donat. † Et illud")

Rector beneficÿ penſionem non ſoluens. tempore de quo in literis elapſo an ſit ipſo iure priuatus beneficio. Queſtio.lxxviÿ.

1 *Verba preteriti temporis inducunt priuationem ipſo iure.*
2 *Verba eo ipſo priuatus exiſtat inducunt priuationem ipſo iure.*
3 *Verba perpetuo priuatus exiſtat idem ſignificant.*
4 *Declaratoria requiritur in penis ipſo iure incurſis.*
5 *Citatio partis requiritur in declaratoria pene incurſe ipſo iure.*
6 *Appellari poteſt a tali declaratoria.*

SEptuageſimo octauo quero.vtrū non ſoluens penſionem per ſex menſes immediate ſequentes dies.xxx.datos ad ſoluēdum iuxta formam literarum reſeruationis penſionis ſit beneficio priuatus ipſo iure vel priuandus veniat.Circa hoc attendenda erunt verba literarum.Nam ſi dictum fuerit in eis beneficio priuetur,vel

beneficio priuari debeat. vel beneficio carere debeat & ſimilia. tunc
1 non eſt priuatus ipſo iure: ſed per ſententiam priuari debet. †Secus
ſi talia verba ſint preteriti temporis. tunc enim ipſo iure priuatio-
nem inducũt gloſ. eſt magiſtra in. l. in criminali. C. de iuriſd. omni.
iudi. approbata communiter a doct. Sed cõmuniter in huiuſmodi
literis apponi ſolent iſta verba: ſi vero per ſex menſes dictos. xxx.
dies immediate ſequentes ſententiam ipſam animo ſuſtinuerint in-
durato, ex tunc effluxis mẽſibus eiſdem dicta eccleſia perpetuo pri
uatus exiſtat. Illaq; vacare cenſeatur eo ipſo, Tibiq; liceere ad eandẽ
eccleſiam liberum habere regreſſum & liceat tibi etiam vigere tui
prioris tituli poſſeſsionem propria auctoritate apprehendere, ac ſi
illam minime reſignaſſes ex quibus verbis inducitur ipſo iure pri-
2 uatio. † Nam illa verba eo ipſo priuatus exiſtat, inducit ipſo iure
priuationem ſine alia ſententia ſm Zenzel in clemen. 1. de elect. per
illum tex. pro quo Cardi. ibi allegat tex. in. c. nullus &. c. ſi religio-
ſus de elec. in. vi. ita dixit etiam Fely. in. c. Rodulphus in verſi. vlti.
quia verſi. eo ipſo ad idem Card. in clemen. 1. ad ſi. q. xi. de ſequeſt.
3 poſ. & fruct. †Et ſimiliter illa verba perpetuo priuatus exiſtat de q-
bus in literis priuationem inducunt ipſo iure vt per Alexã. in apo-
ſtil. ad Bart. in. l. imperator. ff. de iur. fiſc. & Barbat. in. c. ſi diligenti
37. col. cum ſequẽ. de fo. compe. & per Fely. in. d. c. Rodulphus in
quibus locis latiſsime ponunt quæ ſint verba que nullitatẽ actus
inferant ipſo iure & quę requirant ſñiam nullitatis vel priuationis
4 quorum dicta tranſcribere non intendo eos videre poteris. †Dicas
tamen ꝙ licet ſñia priuatoria non requiratur: requiritur tamen de-
ſbyteri & clerici ac religioſi eorum patres in titulum vel commẽ-
dam aut adminiſtrationem, ſeu vt aliis vnita perpetuo aliquan-
do obtinuerunt: quæ verba declarant precedentia l.ſi ſeruus plu-
6 rium, in fine, &.l.qui filiabus.ff.de lega.1. †Et Generalitas prece-

dens per ſubſequentem ſpecialitatem reſtringitur. l.legato. 2. reſponſo.ff.de ſuppel.leg.per quem tex.dixit Bart.in.l. quęſitum.§.fina.ff.de fund.inſtru.ꝙ vbi poſt genus ſequitur enumeratio ſpecierũ tunc minuitur generis ſignificatio.faciunt ea quę voluit Imol. in clemen. 1.colum. 2.verſic.Nota ex hoc de ſupplen.negligen. ꝑlato.vbi Cardi.in.4.queſtione conſtat autem penſionem non haberi in titulum commendam vel adminiſtrationem.ergo dici non poteſt comprehenſa in dicta conſtitutione. Secundo pro iſta opinione facit: quia dicta conſtitutio loquitur de beneficiis eccleſiaſticis,quæ beneficia eccleſiaſtica ex multis cognoſcuntur, vt dixit Abb.in conſil.ſuo.47.incipiente,illud de iure queritur, an in lite-
7 ris. †Vbi dixit ꝙ ſex requiruntur ad beneficium eccleſiaſticum cognoſcendum. Primum,ꝙ non niſi per Epiſcopum vel prelatum eccleſiaſticum conferri poteſt de iure communi,Licet quandoq; preſentatio ad laicum patronum pertineat, vt in.c. 3.de iur.patron. Innocen.in.c.ꝙ ſicut de elect.Secundum requiſitum eſt,ꝙ ille qui habet prouidere non poteſt ſibi illud retinere.vt in.c.fina.de inſti. allegat not.in.c.relatum de ꝑbend.Tertium requiſitum eſt, ꝙ de ipſo prouideri non poteſt niſi clerico. c.cum adeo de reſcript. c.ex litteris de tranſactio.c. 2.de inſtit. Penſio autem etiam laico aſsignari poteſt. Bald. Abb. & Felyn.in.c. ad audientiam. el. 2.de reſcrip.& dixi ſupra queſtione.xxi.Quartum requiſitum,quod habeat aliquid ſpiritualitatis annexũ, vel cui annectitur, vnde propter diuinum officium datur eccleſiaſticum beneficium.c.fi.de reſcrip.in.vi.Penſio autem eſt quid mere temporale nil ſpiritualitatis habens,vt vidimus ſupra.q. 1.Quintum requiſitum eſt,ꝙ beneficium ſit perpetuum.c.ſanctorũ.lxx.diſtin.c.penul. de cle.egro. & not.in.c.ſi gratioſe de reſcrip.in.vi.Penſio aũt non eſt perpetua ſed temporalis:quia extinguitur morte penſionarii,nec tũc vacat,
8 aut impetrari poteſt. †Sextum requiſitum eſt,quia debet de beneficio eccleſiaſtico pure prouideri & ſine aliquo pacto vel conditione & non pro aliquo cõmodo temporali alſs cõmitteretur ſimonia. c.fin.de pac.c.conſulere de ſimo. Penſio autem reſeruari poteſt ſub conditione vt penſionarius illam dimittere teneatur,cum adeptus fuerit competens beneficium:vt dixi in preſenti tractatu.q.25. Et predicta requiſita ponit Abb.in.d.ſuo conſi.47.vbi dixit ꝙ in literis gratioſis per Pontificem ad beneficia cum cura & ſine cura conceſsis non compreheditur preſtimonium quod habet aliquas qualitates conuenientes beneficio eccleſiaſtico:nec ẽt comprehen-

ditur penſio, vt habetur per Felyn.in.c.poſtulaſti col.2.de reſcript. Tertio moueor: quia ratio prohibitionis huiuſmodi de qua in ſupradicta conſtitutione fuit ne notetur ſucceſsio in beneficiis, & ne filius miniſtret vbi pater miniſtrauit quodammodo vti patris hæres.c.ex transmiſſa in fine & in.c.ad extirpãdas: vbi Ant.de Butrio de fil.præſbit.non ordinan.& Abb.in.d.c.ex transmiſſa in quarto not.& in.d.c.ad extirpandas in primo not.quę ratio non militat in penſione cum non ſit eccleſiaſticum beneficium, vt dictum fuit ſupra.q.28.quinimmo prohibitio prędicta ſolum habet locum in eccleſiis: vt per totum tit.de fil.præſbit.& eſt exhorbitans, vt dicit Abb.in.d.c.ex transmiſſa col.prima verſi.quęro an in vitium:& ibi

9 Butr.circa finem. † In exhorbitantibus autem non fit extenſio.c.quæ a iure cõmuni de regul.iur.in.vi.c.is qui in fine de fil.præſbit.in.vi.& ſic ex iſtis concludo, ꝙ conſtitutio prædicta non habet locũ in penſione. Prędictam tamen concluſionem declara non procedere in penſione quę conſueuiſſet in titulum beneficii aſsignari dictũ forte portio vel penſio de quo in.c.conquerente:& ibi not. Abb.de cleri.non reſiden.quia talis penſio bene compręhenderetur in pręmiſſa conſtitutione, cum ſit eccleſiaſticum beneficium, vt dixi ſupra.q.28.verſi.Quarto limita &.q.33.& ex prędictis patet reſpõſum ad ea quę ſupra fuerunt in contrarium allegata:& pro iſta cõcluſione ſupra firmata faciunt.d.ſupra.q.xxi.xxx.31.32.&.q.33.

10 † Nunc tangam alium articulum circa predictam conſtitutionem de quo his proximis pręteritis diebus interrogatus fui a ℞.Domino Ioanne angelo de ſanto ſeuerino vicentino Vicario Reuerendiſſimi Domini mei Domini Patriarchę aquilegienſ. An ſicuti filius non poteſt habere patris beneficium, ita e contra pater habere non poſsit beneficium filii circa hoc reperio Hoſtien.in.d.c.ex transmiſſa.§. Ideoq; dicentem ꝙ quidam dicebant ꝙ pater filii beneficiũ habere poterat: quia hoc expreſſe prohibitum nõ inuenitur.c.conſuluiſti.2.q.v.& de trãſlat.pręlat.c.2.§.ſed neq; verſi.fin.ſubdit tamẽ Hoſtien.ꝙ ipſe contrarium credit: quia generaliter ſucceſsio prohibetur in beneficiis.viii.q.1.c apoſtolica. Sed ſicut filius patri ſuccedit, Ita pater filio quamquam turbato ordine, vt in.l.nam & ſi parentibus.ff.de inoffi.teſtam.& tam pater q̃ filius habent querelam inofficioſi teſtamenti, vt in auc.vt cũ de appel.cognoſ.§.aliud quoquę & in.§.ſancimus itaq; col.viii.eo.titulo dicens ꝙ cum eadem ratio ſit in patre quæ in filio idem ius eſſe debet.c.tranſlato de conſti.c.inter cæteras de reſcri.& in hac opinione reſidet Hoſtien. contrariam

trariam tamen partem tenent Alan. Vincē. & Tancred. in. c. quo-
niam eodem tit. de fil. presbiter. mouentur quia pœnæ reſtringi
non ampliari debent. c. in pœnis de regul. iur. in. vi. & quia quod
non eſt ſanctorum patrum documento ſancitum ſuperſtitioſa ad-
inuentione non eſt preſumendum. c. conſuluiſti. 2. queſtione. 4. c.
inter de tranſl. prelat. & hanc partem videtur tenere Ioan. andr. ibi-
dem, & eam tenet etiam Butrius ibi in verſic. quero an vitium. Et
Cardina. in eod. c. verſic. ſecundo, quero: vbi dicit hanc eſſe verio-
rem opinionem: & reſpondet ad fundamenta Hoſtien. dicens, ꝙ
in iſta materia non conſideratur ſucceſsio in bonis. hanc eandem
opinionem contra Hoſtien. tenent etiam Petrus de anchara. &
Abb. in dicto. c. ex tranſmiſſa. licet Archid. in dicto. c. apoſtolica
videatur magis adhærere opinioni Hoſtien. Opinio autem con-
tra Hoſtien. communis eſt & tenenda preſertim cum habeat pro
ſe gloſ. in dicto. c. apoſtolica. Ideo in iudicando non eſſet tutum ab
ea recedere. Sed in puncto iuris forte ſuſtineri poſſet opinio Ho-
ſtien. pro qua eſt ratio text. in dicto. c. ad extirpandas, videlicet ne
detur ſucceſsio in beneficialibus: quæ ratio non eſt dubium ꝙ mi-
11 litat etiam in patre filio ſuccedenti. †Nec videtur obſtare ꝙ ma-
teria huiuſmodi ſit exorbitans: quia etiam in exorbitantibus fit
extenſio ex identitate rationis, quando ratio expreſſa eſt, prout eſt
in caſu noſtro. facit tex. in clemen. auditor de reſcrip. & text. iuncta
glo. in. c. 2. de confeſ. in. vi. vbi text. loquens in reo contumace ex-
tenditur ad actorem, & tex. in. l. 1. C. de rap. virgi. vbi tex. loquens
in viro rapiente. extenditur etiam ad mulierem, & habetur ibi per
12 glo. & doctor. †Et quando finalis ratio decidendi expreſſa eſt in. l.
vt in caſu noſtro, tunc fit extenſio etiam ad correctionem legis vel
ſtatuti: facit tex. in. l. 1. & ibi Bart. ff. de legitt. tuto. & in. l. cum mu
lier. ff. ſolut. matri. La. 2. glo. in. l. 1. C. de his qui añ. apert. tabul. &
ibi docto. & in. c. 1. de rer. permuta. in. vi. & in clemen. 1. eod. titu.
Bartol. in. l. liberorum. colum. viii. verſic. his premiſsis de verbor.
ſignifi. & Alexan. in. l. ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonus. colum. xx. de
verbor. obligatio. veruntamen eſt, ꝙ quando expreſſa eſſet cau-
ſa impulſiua, tunc ſit extenſio. argumento. l. prime. §. ſexum. ff.
de poſtula. facit quod habetur in. cap. 1. de tempo. ordin. in. vi.
13 †Nec obſtat illud quod dicitur, ꝙ ſumus in pœnalibus: quia
etiam in illis fit extenſio ex identitate rationis. text. eſt ſolennis in
cap. 1. §. porro. in verſic. Sed quia natura in titu. quæ fuit prima
cauſa benefic. amitten. in vſib. feudo. & ibi expreſſe not. Bald. di-

cens ꝙ ille text. eſt melior ad hoc probandũ q̃ reperiatur in iure. & hoc ſequitur Iaſon in. §. ſequens. col. 2. inſti. de actio.

Penſio utrum licite redimi poſſit pro certa quantitate pecuniarum. Queſtio. lxxxvij.

1 *Penſio eſt quid profanum in mera temporalitate conſiſtens.*
2 *Fructus percipiendos ex prebenda vel beneficio emere licet.*
3 *Penſio eſt onus & quedam ſeruitus beneficio.*
4 *Fructus beneficij vendere non eſt ſimoniacum.*
5 *Penſio non eſt eccleſiaſticum beneficium.*
6 *Penſio pro quanta quantitate redimi poſſit.*
7 *Fructus beneficii ad ſeptennium vendere licet.*

OCtuageſimoſeptimo, quero de queſtione quæ frequentiſsime occurrit, & miror ꝙ non inueniatur examinata a doctoribus maxime modernis: Vtrum penſio licite redimi poteſt pro certa quantitate pecuniarum. Circa quam videtur dicendum, ꝙ penſio impoſita ſuper fructibus beneficii redimi poſsit per illius rectorem qui ad ſolutionem eius tenetur ſine ſcrupulo & vitio ſimonie. Et ad hoc tenendum moueor infraſcriptis mediis & pri-
1 mo. †Quia clarum eſt ꝙ penſio eſt quid profanum in mera temporalitate conſiſtens, vt dictum fuit ſupra. q. 1. Item cadere poteſt in merum laicum, vt per Bald. & alios maxime Felyn. in. c. ad audientiam. el. 2. de reſcrip. & dixi late ſupra. q. xxi. emere autem temporalia non eſt de genere prohibitorum vt de ſe patet. ergo penſio-
2 nem redimere licebit. †Secundo moueor: quia penſionem redimere nil aliud eſſe videtur q̃ percipiendos fructus emere. ſed percipiẽdos fructus etiam ex prebenda & beneficio emere licet: quia non ſunt ſacris adiuncti officiis. cum etiam a laicis haberi poſsint: vt habetur per Prepoſitum in. c. ſed adhuc. 1. queſtione. 1. colum. 1. in principio. maxime quia non ſunt ſpiritualitati annexi, vt inquit ibidem Archi. ſi igitur fructus beneficii percipiendos qui ſunt de corpore beneficii emere licet, a fortiori redimere licebit penſiones ſuper illis impoſitas quæ ſunt ſeparatæ a corpore beneficii, vt dixi ſupra. q. 1. auc. multo magis. C. de ſacr. ſanct. eccl.
3 †Tertio moueor: quia penſio eſt onus quoddam & quędam ſeruitus beneficio cohærens, vt dixit Caccialup. in tracta. ſuo de pẽ-

ſio.q.viii.& dixi ſupra.q.45. vbi determinaui q͂ penſio poteſt in perpetuum vel ad tempus remitti ſine auctoritate ſuperioris. onera autem temporalia beneficiorum redimere non reperitur prohibitum.ergo licitum erit. Tenemur enim libertatem eccleſiis quas poſsidemus vendicare.c.prohibemus de cenſi.c.paſtoralis. de his
4 quæ fiu.a prelat.ſin.conſ.capi. †Quarto facit:quia ſimoniacum non eſt vẽdere fructus beneficii pro toto tempore vitæ ſuæ, vt concludit Prepoſ.in.d.c.ſed adhuc col 2.in fine,licet tamen id facere non ſit honeſtum.c.1.de reb.eccle.non alien.& not.Barto.in.l.co-
5 dicillis.§.final.ff.de leg.2. †Quinto facit:quia penſio non eſt eccleſiaſticum beneficiũ, vt dixi ſupra.q.1.nec venit beneficii appellatioñ. vide late dicta ſupra.q.28. Ideo pẽſionarius ad reſidentiã non tenetur, vt vidimus ſupra.q.31.Nec officium dicere tenetur ſupra.q.30.Nec penſio incompatibile facit ſub eodem tecto, vt determinaui ſupra.q.32.Item penſiones decurſę non ſolutę mortuo pẽſionario peti & exigi poſſunt p eius hęredem, vt ſupra deciſum fuit.q.52.Ergo penſionẽ redimere non erit illicitum,nec ſimoniacum,cum ſimonia tunc committi dicatur quoties aliquid temporale pro ſpirituali datur.c.1.et.c.non ſatis cum vulgaribus de ſimo. Sexto facit:quia Epiſcopus poteſt ab aliquo milite decimas redimere, nec propterea ſimoniam committit: quia talis redemptio eſt rei eccleſiaſticę liberatio, vt voluit Innocẽ.in.c.ad aures. de ſimo.in fine,& not.Ioan.in.c.altare.1.queſtione.iiii.in.2.gloſ. Septimo q͂ licita ſit huiuſmodi redemptio penſionis facit: quia tota die videmus huiuſmodi extinctiones fieri in curia Romana Papa ſciente & auctoritatem preſtante quinimmo volunt Domini curiales, q͂ iſta extinctio pro tot anticipatis penſionibus fieri non poſsit niſi accedente auctoritate pontificis: & datur talis extinctio per ſolam ſignaturam de ſtilo Curiæ: quod vtiq; ſi illicitum eſſet, non toleraſſent tot Romani Pontifices. & vt atteſtatur Platina in vita Pauli ſecundi Pontifi. maximi. Paulus redimendarum penſionum vſum non improbauit,& in hanc partem inclinat magnus ille practicus curiæ Romanæ Hieronymus Paulus in ſuo libello intitulato,prouinciale omnium eccleſiarum aliqui vocant practicam cancellariæ,fol.48.Adde q͂ poſtquam hec ſcripſeram inueni Paulum de Roma in tract.ſuo de penſ.nuper in lucem edito tenentem penſionem redimi non poſſe niſi accedenti conſenſu Papæ:vbi etiam late examinat an licitum ſit redimere vexationem & quibus caſibus vide illum in.vi.queſito per totum.

6 † Pro quanta autem quantitate redimi honeſte poſsit penſio conſideranda eſt ætas penſionarii cui debetur,& eius conualeſcentia argumento tex.in.l.cum hi.§.modus quoq;.ff.de tranſact.vbi quando fit tranſactio ſuper alimentis attenditur ætas illius cui alimenta debentur,videlicet an ſit puer:an iuuenis, an vero ſenex, vt inquit ibidem iureconſultus.Nec poteſt tranſigi ſuper futuris alimentis niſi accedat auctoritas ſuperioris.l.de alimentis.C.de tranſ.l.cum hi in principio ſupra allegata:& dixi ſupra quæſtione.45.& hinc forte inoleuit ſtilus curiæ Romanæ,ꝙ in redimenda penſione pro certis anticipatis penſionibus requiratur auctoritas Papę ſi quidē adhęrent Domini curiales opinioni Romani in conſilio ſuo.388 vbi tenuit penſionem aſsignatam ſuper fructibus beneficii cedere in cauſam alimentorum,& ꝙ de ea iudicetur ſicuti de alimentis,de quo late ſcripſi ſupra quęſtiōe.45.ſupra allegata & quęſtione.51. & conſueuit extingui penſio pro quinq;, ſex aut ſeptem anticipatis penſionibus ad ſummum conſiderata, vt dixi, ętate penſionarii.
7 † Et forte fundatur talis ſtilus de extinguendo penſionem pro anticipatis pēſionibus ſeptem annorum: quia ad ſeptennium licet vendere fructus beneficiorum,& eſt honeſtum.c.fin.ne pręlat. vic. ſua:clem.1.§.fin.& ibi gloſ.in verbo ad tempus de reb.eccl.nō alienan.& habetur per Federicum de ſenis in conſilio.123.incipiente, quæritur an conſtitutio, & niſi eſſet obſeruantia de certo numero anticipatarum penſionum ſoluendarum pro extinctione penſionis facillima eſſet inuenta via vendendi beneficia per indirectum quia poſſet quis cum renuntiante conuenire de prętio & reſeruata ipſi renuntianti ſuper fructibus beneficii renunciantí penſione demum illam prętio inter eos conuento redimere quod vtinam ſępe non fieret,vt ſępe fit in maximum animarum talia agentium detrimentum,& vilipendium ſacroſanctę romanę eccleſię:ideo renuntiantes beneficia ea intentione vt ſibi reſeruetur penſio demum extinguenda pro certis anticipatis penſionibus,& ita paciſcētes procul dubio ſimoniam committunt cum dent temporale pro ſpirituali, vt in toto titulo de ſimo.& propterea grauiter puniendi eſſent,& ab omnibus accuſari poſſunt.c.ſi Dominus de ſimo.& etiā ſeruus meretrix & quicūq; alius criminoſus ad accuſandum admittitur.c.tanta eo.titulo Simoniaca enim peſtis ſui magnitudine alios omnes morbos antecellit.c.ſicut eo. titulo. Fraude autem ceſſante licita erit penſionis extinctio cum ſit liberare eccleſiam a ſeruitute per ſupradicta.

Penſionarius ſi recepta penſione trium futurorum annorum a rectore beneficij illam in alium tranſferat an rector prædictus pro illis tribus annis teneatur ēt ſoluere nouo pēſionario. Qō. lxxxviij

1 *Prælatus locans poſſeſſionem eccleſie & accipiens anticipatam ſolutionē ſucceſſori non præiudicat.*
2 *Heres prelati defuncti tenetur ad penſiones per eū ante tēpus perceptas.*
3 *Penſionarius vſufructuario comparandus videtur.*
4 *Penſionarius fructus manducat ſine labore.*
5 *Penſio non vacat nec impetratur.*
6 *Onera beneficio incumbentia tria ſunt.*
7 *Equitas in eccleſiaſticis preſertim ſeruari debet.*
8 *Pēſio quādo de vno in aliū trāſſertur extinguitur et creatur noua pēſio.*
9 *Emphitheota qui anticipate ſoluit priori domino ſi nō ſoluat nouo domino non propterea cadit a iure ſuo.*

OCtuageſimooctauo: quęro clericus habens penſionem annuam ſuper fructibus beneficii cum poteſtate illam trāsferendi recepta a rectore beneficii anticipata penſione pro tribus futuris annis illam tranſtulit in Sempronium, modo queritur, an Sempronius exigere poterit pēſionem a rectore dicti beneficii pro illis tribus annis pro quibus ſoluta fuit priori penſionario. In iſta queſtione quę pulchra eſt non tacta a doctoribus ꝙ viderim dicendum videtur ſolutionem penſionis factam anteceſſori non pręiudicare nouo
1 penſionario. † Nam videmus ꝙ ſi pręlatus rem eccleſię locauit ꝑ aliquos annos, & pro toto tempore locationis pecuniam recepit, demum moriatur, talis ſolutio non nocet ſucceſſori ſuo in illa pręlatura. c. fin. de pecul. clic. & videtur eſſe caſus in. l. ſi quis domum §. primo. ff. locat. & habetur per doct. in. c. final. ne pręlat. vic. ſu. cōfirmatur hoc: quia videmus ꝙ ſtudentes in theologia qui ſunt priuilegiati vt per quinquennium fructus ſuorum beneficiorum & ꝑbendarum integre percipiant aliqua conſuetudine coutraria non obſtante: vt habetur in. c. ſuper ſpecula de magiſtr. & in. c. licet de ꝑben. non tamen penſionem ſiue fructus ſuorum beneficiorum pro toto quinquennio recipientes poſſunt ſucceſſoribus præiudicare: vt not. docto. vbi Abb. Hoſtien. & Ioan. andr. in. d. c. ſuper ſpecula.

2 † Quinimmo dixit Hoſtien.in.d.c,fin.ne prælat.vic.ſuas,ꝙ ſi hę
res defuncti prelati qui anticipatos affictus percepit eſt ſoluendo,
ipſe ſucceſſori tenebitur.l.fin.C.de hęred.Inſti. Si autem non erit
ſoluendo,ipſe conductor tenebitur,& ſibi ſuam imputabit culpam
damnum enim quod quis ſua culpa ſentit,ſibi non alteri imputan
dum eſt.c.damnum de regul.iur.in.vi.& ita tenuit Franciſ.de ram/
ponibus in quodam eius conſi.quod eſt inter conſi.calder.in rubri.
de loca.conſi.vii.& Corn.conſi. 67.incipiente,Dominus Ioannes
3 Baptiſta in.2.volu. † Pro iſta opinione facit etiam,quia videmus
ꝙ penſionarius vſufructuario comparandus videtur,vt patet ex di/
ctis ſupra.q. 1.cum penſio dicatur pendere a beneficio ex quo extra
hitur ſicuti vſufructus a proprietate dependet,vt dixit Imol.in cle.
1.§.eadem de ſuplen.negli.prelat.vſufructuarius autem nõ poteſt
locare vltra tempus eius vitę preallegata.l.ſi quis domum.§.1.ff.
locat.& habetur per Abb.in.d.c.final.col. 2.ne prelat.vice.ſu. Pro
contraria parte facit:quia ex quo transferens penſionem ante illius
tranſlationem anticipatam trium futurorum annorum penſionẽ
perceperat illam transferendo in Sempronium non potuit plus iu/
ris in illũ transferre q̃ ad ipſum pertinere.c.nemo plus de regul.iur.
in.vi.ſed ipſe transferens ſi penſionem non tranſtuliſſet in Sempro/
nium pro illis tribus annis nullatenus penſionem petere potuiſſet:
quia ſolutione eius quod debetur obligatio tollitur inſti.de acti.in
princ.l.nihil intereſt.C.de ſolut.ergo nec illas petere poterit Sẽpro
nius qui loco transferentis eſt ſurrogatus:nam ſurrogatus naturã
ſapit eius in cuius locum ſurrogatur.l.ſi eum.§.qui iniuriarum.ff.
ſi quis caut.& per Bal.in.l.parabolani.C.de epiſco.& cleri.facit qa
ratio bonefidei non patitur vt bis idem exigatur.c.bona fides de re
gul.iur.in.vi.l.bona fides.ff.eod.tit.& hęc opinio in ſe ęquitatem
4 habere videtur. † Penſionarius enim fructus manducat ſine labore
contra illud apoſtoli qui non laborat,non manducat.c.clerici.1.q
2.& dicitur penſio prẽmium ſine opere cum is qui altari non ſeruit
ex eo prẽmium conſequi non deberet.c.charitatem.xii.q.2. Non
enim tenetur penſionarius ad reſidentiam,vt vidimus ſupra.q.31.
nec tenetur officium dicere,de quo late ſupra.q.30.ideo Sempro/
nius in quem tranſlata fuit penſio non videtur poſſe conqueri,cũ
5 omne ius ſuum a transferente procedat. † Penſio enim non vacat,
nec impetratur. Et iſtam partem tenendo quam ęquiorem puto,re
ſpondere poſſumus ad ſuperius in contrarium adducta & primo ad
illud quod dicebatur ꝙ anticipata ſolutio facta prælato ſucceſſori

non nocet ꝙ ex eo eſt, quia prælatura vacat morte prælati & fruct⁹ qui poſt obitum prælati proueniunt etiam ante nouam collationē ſucceſſori ſpectant. c. relatum de teſtam. c. præſenti de offi. ord. in. vi & ideo dixit Abb. in. d. c. fin. ne prælat. vic. ſuas. col. 2. ꝙ quicquid perceptum fuit poſt mortem præceſſoris ante beneficium collatū, poteſt ſucceſſor petere ab hæredibus prædeceſſoris vel: a beneficii conductore. Ideo cum certus eſſet ſoluens de prædictis ſibi imputa tur qui non proſpexit quod euenire potuit in ordinatis ad talem ca ſum, vt not. Dyn. in. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verb. oblig. Sed in caſu queſtione noſtræ rector eccleſiæ grauatæ penſionis one re ſciebat ꝙ morte penſionarii penſio non vacabat, ſed extinguebatur, & conſolidabatur cum ipſa eccleſia ſuper cuius fructibus erat impoſita, vt de ſe patet. Et per conſequens non tractabatur de alterius præiuditio niſi ſui ipſius: & hoc maxime procedit quando ſoluens talem penſionem non fuit ille qui conſenſit illius reſeruationi cum dicta facultate transferendi, adeo ꝙ potuit illam probabiliter ignorare. Secundo non obſtat ꝙ dicebatur de vſufructuario qui locare non poteſt vltra tempus eius vitæ. d. l. ſi quis domum. §. primo . ff locat. cui videtur æquiparari penſionarius: quia reſpondetur ꝙ id ideo eſt, quia eo mortuo vſufructus finitur & cum proprietate cō ſolidatur. l. antiquitas. C. de vſufr. Sed quando penſio etiam tranſlata de vno in alium morte illius primi cui reſeruata fuit a principio non extinguitur, ſed remanet apud eum in quem tranſlata fuit: & ſic beneficium remanet obnoxium illius ſolutioni quod ſi iterum ſoluere teneretur penſionem iam ſolutam pro dictis tribus annis
6 vtiq; illius rector ſuſtinere non poſſet. † Onera beneficio incumbē tia quæ tria principaliter ſunt. Primum ꝙ rector congruam portio nem ad ſui ſuſtentationem habere debeat: ſecūdum ꝙ poſsit epiſco palia iura perſoluere. tertium ꝙ poſsit hoſpitalitatem tenere: vt no tatur in. c. 1. xxi. q. 1. c. is cui de prębē. in. vi. & in. c. de monachis de
7 pręben. & ibi gloſ. † Prędictæ opinioni vt dixi multū fauet ęquitas quę pręſertim in eccleſiaſticis ſeruari debet. c. 1. de dol. & cōtu. c. dilecti de iudit. & attendi debet in iudicando. l. placuit. ff. de iudi.
8 vnum tamen obſtare videtur. † ꝙ quando penſio transfertur de vna perſona ad aliam extinguitur penſio quę erat in perſona transferentis, & noua creatur penſio in perſona eius in quem fit tranſlatio ſuper fructibus eiuſdē beneficii. Cogita quia iſta ē notabilis q̄ſtio Vnum tamen non omittam ꝙ poſito ꝙ nouus penſionarius poſſet exigere penſionem pro illis tribus annis, pro quibus fuerat

anticipate ſoluta primo penſionario:non tamen propter illius non ſolutionem obtinere poſſet ꝙ debitor priuaretur beneficio iuxta te norem literarũ reſeruationis penſionis argumento eorum quæ vo
9 luit Com.in.d.ſuo conſi.67.in.2.volu.in.1.col. †Vbi decidit ꝙ ſi emphitheota ceſſauit in ſolutione canonis per bienniũ, quo caſu cadit a iure ſuo.c.potuit locat. Si tamen prius ante tempus ſoluerat priori domino pro illis annis, licet ſucceſſori non ſoluerit, ꝙ propterea non cadit a iure ſuo.facit:quia quelibet cauſa etiam beſtialis excuſat a dolo & pœna.l.Igitur.§.poteſt.ff.de liberal.cauſa Angel.in.l.plagii.C.ad leg.flaui.de plagi.

Canonicns nouiter receptus qui uigore ſtatuti tenetur dare capitulo medietatem fructuum ſue prebende duorum primorum annorum ſuper quibus eſt penſio an detrahere debeat in primis et ante omnia penſionem. Queſtio.lxxxix.

1 *Clericus q impetrauit vt beneficiũ ducatorum cẽtũ habere poſſet habere poterit beneficiũ lõge maioris valoris ſi reſiduũ in expẽſis cõſumitur.*
2 *Beneficij redditus computantur deductis expenſis.*
3 *Bannitus qui fructus non percipit collectas ſoluere non tenetur.*
4 *Vſufructuarius tenetur ad onus collecte.*

Octuageſimo nono quero.Cauetur ſtatuto alicuius eccleſię ꝙ nouus canonicus teneatur dare capitulo d.eccleſię medietatem fructuum ſuę prebendę duorum primorum annorum.modo quidam aſſecutus fuit canonicatum & prebendam in dicta eccleſia ſuper quorum fructibus pontifex reſeruauit cuidam clerico annuam penſionem:queritur an nouus canonicus teneatur ſoluere integram dimidiam fructuum dictorum duorum annorũ capitulo dictę eccleſię ſine detractione dictæ penſionis vel ea detracta. Et prima facie dicendum videtur, ꝙ integra medietas fructuum ſine aliqua detractione penſionis ſolui debeat:quia ſtatuto predicto non videtur per Papam derogatum ex conceſsione & reſeruatione dictæ penſionis.facit in argumentũ tex.in.c.ſi propter tua debita de reſcrip.in.vi.vbi habetur ꝙ ſi Epõ ſit conceſſum de gratia ſpeciali, vt fructus primi ãni beneficiorum vacantiũ poſſit ꝑ quinquenniũ percipe.talis cõceſsio non derogat ꝑticulari ſtatuto ꝑ qđ

huiuſmodi

huiuſmodi fructus fabricę vel vſui alterius perſonę debeantur niſi hoc fuerit expreſſum. Nec vnquam Papa preſumitur velle deroga re particulari ſtatuto alicuius loci de quo notitiā non habuit cū il lud ignorare preſumatur. c. 1. de conſt. lib. vi. facit, ꝙ regulariter in dubio nunq̄ preſumitur Papam velle tertio preiudicare. c. ſuper eo de off. ord. l. nec auus. ff. de emanc. liber. l. 2. §. merito. ff. ne quid in loc. publ. contrariam tamen partem veriorem arbitror, videlicet ꝙ nouus canonicus teneatur ſoluere dictam dimidiam fructuum de tracta in primis & ante omnia penſione: & moueor ex infradicēdis. Primo, quia fructus & redditus prebendæ conſiderari debent detra cta penſione ex eo ꝙ not. Bald. in. l. 1. col. 2. verſic. Pone impetraui
1 a Papa. C. de fruct. & lit. expen. †Vbi dixit ꝙ ſi quis a Papa impe trauit ꝙ habere poſsit beneficium vſq; ad valorem annuum du catorum centum auri de camera vigore dictæ gratię habere pote rit beneficium valoris ducatorum trecentorum ſi dictum benefi cium adeo ſit grauatum ꝙ illius onera aſcendant ad ſummam du catorum ducentorum quolibet anno: quia verum eſt dicere, ꝙ ta le beneficium effectualiter non dicitur habere in redditibus niſi du
2 catos centum argumento. l. illud. C. de collat. †Et not. idem Bald. in. l. ſed ſi hoc. §. quidam in fi. ff. de cond. & demonſt. vbi dixit ꝙ tā tum valent beneficii redditus quantum valēt deductis oneribus. Et idem dixit Alex. in. l. non amplius per illum tex. in princip. ff. de legat. 1. & ibi Paul. de caſtr. Secundo facit quia ſecuti colonus de parte fructuum quos ratione culturæ percipit. ita & dominus fun di de portione ſua decimam ſoluere tenetur. tex. eſt in. c. tua nobis. de decim. vbi Abb. & alii: & ita videtur dicendum in caſu huius. q. noſtræ ꝙ iſte nouus canonicus ſolum teneatur pro portione fru ctuum quos percipit ſoluere dimidiam dicto capitulo: Tertio fa cit quia rector beneficii grauati onere penſionis tenetur decimam ſoluere ſolum pro parte fructuum quos retinet apud ſe detracta pē ſione & penſionarius tenetur ad ſolutionem decimę pro concurrē ti quantitate ſuæ penſionis: vt late dixi ſupra. q. 59. Quarto facit: nam videmus ꝙ impoſito per Epiſcopum charitatiuo ſubſidio ſu per fructibus beneficiorum iuxta terminos. c. conquerente in fi. de off. ord. & in. c. cum apoſtolus. §. prohibemus de cenſi. Rector be neficii grauati penſionis onere ſolum illud ſoluere tenetur pro por tione fructuum quæ ſibi remanet dempta penſione. Penſionarius autem pro portione penſionis ratam ſuam charitatiui ſubſidii ſol uet, vt decidit Bellencinus in trac, ſuo de ſubſid. charit. q. 37. & du

xii late ſupra.q. 38.Et iſtam partem in terminis queſtionis noſtræ
tenuit Decius ſolennis doctor in conſilio ſuo. 156.incipiente,ſta/
3 tutum cathedralis:vbi iſtam.q.late examinat. † Pro qua vltra prę
dicta dicit facere ꝙ bannitus qui fructus nõ percipit collectas,ſol/
uere non tenetur,vt no.Bart.in.l.inter quos.§.damni.ff.de dam.in
fect.& Romanus conſilio.83.incipiente,circa primum ad finem.
4 † Adducit etiam ꝙ ad vſufructuarium pertinet onus collectæ.l.
quęro vbi Bar.ff.de vſufr.leg.& tex.in.l.inter debitorem.ff.de pact.
inferens ꝙ pro penſione quam canonicus ſoluere tenetur in effectu
fructus habere non dicitur,cum abeſſe a nobis videatur quod alte/
ri debetur.l.ſi mãdato Titii vbi Bart.& Angel.ff.de nego.geſt.ſub/
dens ꝙ nimis iniqum videretur ꝙ nouus canonicus deberet ſoluere
integram fructuum medietatem,& ipſam penſionem:quia ſibi pa/
rum vel nihil remaneret dicens mentem ſtatuentium fuiſſe,ꝙ ſolue
retur dimidia fructuum conſiderato ꝙ omnes fructus prębendę ſi/
ne aliquo onere remanerẽt apud ipſum canonicum ſine onere,& ve/
riſimiliter ſi ſtatuentes interrogati de hoc fuiſſent noluiſſent in tan/
tum nouos canonicos grauare:& ideo hoc haberi debet pro expreſ/
ſo in prædicto ſtatuto iuxta not.per gloſ.in.l.tale pactum.§.fin.ff.
de pact.& plura alia allegat Decius pro iſta parte in.d.ſuo conſilio
quæ videre poteris.Pro qua facit etiam:quia bona cuiuſcunq; di/
cuntur quæ ſuperſunt deducto ere alieno.l.ſubſignatum.§.primo
.ff.de verb.ſigni.cum ſimilibus:penſio autem æs alienum dicitur:
quia illam canonicus neceſſario ſoluere tenetur,alioquin ipſo ceſſã
te in ſolutione penſionis per tempus in literis apoſtolicis contentũ
in pœnam priuationis beneficii incideret iuxta curiæ ſtilum.Item
facit:quia nouus canonicus ex ordinata charitate:prius indemnita
ti ſuę conſulere debet,demũ alteri.c.qui vult ordinate de pœniten.
diſtinct.3.l.præſeſ.C.de ſeruit.& aqua:ergo penſionem prius ſol/
uet ad euitandam pœnam priuationis beneficii,demum de reſiduo
fructuum apud ſe reſtante medietatem ſoluet capitulo.d.eccleſiæ
corroboratur dicta concluſio etiam ex eo.quod penſio eſt certa por
tio fructuum ſeparata ex beneficio a quo extrahitur, vt vidimus ſu
pra late in prima.q.pręſentis tractatus.Nec obſtant adducta ſupra
in cõtrarium,dum dicebatur ꝙ reſeruatio penſionis facta a ſummo
Pontifice videatur facta ſine præiuditio:eccleſię in qua erat tale ſta
tutum:quia reſpondetur iuxta intentionẽ Decii in prędallegato con
ſilio ꝙ ſtatutum prędictum intelligitur virtualiter vt ſoluatur dimi
dia fructuum detractis oneribus vt ſupra dictum fuit.

Pēſionarius an pro rata pēſionis teneatur cōtribue re ad neceſſariā fortificationē ciuitatis quādo ad id tenetur eccleſia grauata pēſione. Q ō. lxxxx.

1 *Penſionarius tenetur ad onera impoſita reſpectu fructuum beneficio pro rata penſionis.*
2 *Fallit quando penſio ſibi fuit reſeruata libera ab omni onere.*
3 *Exactio oneris impoſiti eccleſie pro fortificatione ciuitatis fiet per iudicē eccleſiaſticum non ſecularem.*

NOnageſimo quæro: certum eſt ꝙ eccleſia tenetur contribue re cum laicis ad reparationem murorum ciuitatis & illorū neceſſariam fortificationē. Ita Iac. de arena Iac. butri. Cyn. & Bart. in. l. ad inſtructiones. C. de ſacroſan. eccl. & Aluarottus in ti tulo de pac. Iur. firm. in. §. illicitas in vſib. feud. habetur per Guid. Papę in ſuis deciſ. deciſ. 78. incipiente an eccleſia per Petr. de anch. in. c. non minus & ibidem Innocen. & Card. de immu. eccle. Bal. in titulo de pac. conſt. col. quarta verſiculo munitione ciuitatis idem Bal. in conſilio ſuo. 246. incipiente, antiqua: in tertio volu. Paul. de caſtro & Bal. in. d. l. ad inſtructiones, & de hoc vide latius Abb. in. d. c. non minus qui recitatis aliorum opinionibus videtur tene re cōtrarium: Modo quæritur an clericus cui reſeruata fuit annua penſio ſuper fructibus alicuius eccleſiæ quæ ad huiuſmodi onus te netur in caſu quo de iure ipſa eccleſia compelli poteſt ad talem con tributionem pro concurrenti quantitate penſionis ad huiuſmodi onus teneatur. In iſta quæſtione dicendum puto ꝙ ſic: quia clarum
1 eſt ꝙ tale onus imponitur eccleſiæ reſpectu fructuum. † penſiona rius autem ad onera reſpectu fructuum beneficiorum imponenda tenetur patet: quia eſt obligatus ſoluere decimam papalem quæ ha bito reſpectu ad fructus beneficii ſoluitur: vt tradit Bellenc. in trac. ſuo de charit. ſubſ. quæſtione. 37. & quæſtione. 75. & per Imol. in clemen. ſi beneficiorum de decim. & eſt tex. clarus in extrauagante Bonifacii. viii. quæ incipit, declarationes in titulo de decim. & de hoc dixi late ſupra. q. 59. tenetur ēt penſionarius ad ſolutionē cha ritatiui ſubſidii eccleſię impoſiti pro ſua contingenti parte, vt dictū fuit ſupra. q. 38. & habetur per Bellenc. loco ꝓxime allegato faciūt dicta in ꝓxima pręcedēti. q. & exprēmiſſis breuiter cōcludit penſio
2 narium teneri ad talē contributionē pro eius parte. † Hoc tamen

non procederet quando penſio eſſet reſeruata libera & exempta a quocunq; onere iuxta ea quæ diximus ſupra in.d.q. 59. in verſic.
3 Iſtam concluſionem intellige. † Vnum tamen non omitto ꝙ talis oneris exactio fieri non poterit per iudices laicos ſiue laicos miniſtros ſine Epiſcopi vel alterius ſuperioris licentia: vt deciđũt doctores in.d.l. ad inſtructiones, & in.d.c. non minus, vbi Abb. col. vi. in verſi. dicit tamen. ſed fieri debebit per eccleſiaſticum ſuperiorem illius eccleſiæ cui huiuſmodi onus impoſitum erit.

Papa ſi committat in partibus clerico aſsignari certam penſionem ſuper fructibus beneficij et moriat̃ re integra an talis gratia expiret. Q. õ. xci.

1 *Mandatum regulariter morte mandantis expirat.*
2 *Executores gratiarum dicuntur delegati.*
3 *Executoris officium cui Papa commiſit ꝙ de prebenda prouideat ei cui canonicatum Papa contulit morte Papæ non expirat.*
4 *Executoris officium in gratia iam facta non expirat per obitũ Papæ.*
5 *Mandatum annexum actui irreuocabili morte mandantis non expirat.*
6 *Executor gratiæ ſi pronunciet ſe non executorem non propterea priuatur iuriſditione.*
7 *Res integra quando dicatur.*

NOnageſimo primo quero. Si alicui per literas apoſtolicas conceſſa ſit gratia, per quam committitur aſsignatio certe penſionis in partibus, an huiuſmodi gratia expiret Põtificis morte re integra, ita quod executor in.d. gratia deputatus ad illius executionem procedere non poſsit? in iſta queſtione videtur dicendũ, gratiam expirare re integra morte pontificis per tex. in.c. ſi cui nulla in verſi. Secus ſi ſup de ꝑben. in. vi. vbi dicitur ꝙ ſi ſit datus executor ſuper prouiſione certæ pſone facienda ad fauorem eius cui mãdatur prouideri, ꝙ talis gratia expirat morte Pontificis re integra.
1 † Secundo facit: quia regulariter morte mandantis mandatum expirat. l. mandatum. C. mand. c. gratum. & .c licet. de offi. deleg. Tertio facit: quia ſi papa mandet executori, vt ſi ita eſt, vel ita eſſe cõpererit, prouideat Petro de certo beneficio quod Petrus Papæ certo modo vocare expoſuerat, ſi poſtmodum Papa re integra moriatur, executoris auctoritas expirat. Ita decidit Rot. deciſ. 349. incipiente,

piente,ſi Papa in nouis.Quarto facit quod voluit Ioan.andr.in.c. fin.§.officium de off. deleg.in.vi.vbi dixit ꝙ poteſtas conſeruatorũ priuilegiorum expirat re integra morte Papæ:cum quo tranſit Do
2 mi.in.c.ſi ſuper gratia eo.titulo. † Quinto facit:quia clarum eſt, ꝙ executores gratiarum dicuntur delegati,vt notant doct.in.d.c.ſi ſuper gratia de off.delegat.in.vi.vbi eſt tex. delegati autem iuriſdictio expirat,& ipſo iure finitur re integra per obitum delegantis:vt habetur per Paul.Domi.& Franch.in.c.ſi a ſubdelegato de off. de leg.in.vi.ſpecul.in titulo de legat.in.§.reſtat verſi.item mortuo:& Ioan.andr.Hoſtien.& alii in capitulo cum veniſſet de teſti. vbi eſt gloſ.de hoc:& hoc procedit etiam in delegato ad vniuerſitatem cauſarum:vt habetur in.d.c.final.§.officium:& ibi doct.de offi. deleg. in.vi.Contrariam tamen partem in caſu quæſtionis noſtræ de iure veriorem teneo,ꝙ immo talis gratia re integra nõ expiret morte Papę facit:quia in caſu noſtro gratia eſt iam facta per Papam de pẽſione,licet illius reſeruationem executori in partibus committat quo caſu mandantis morte in gratiis iam factis executoris facultas non expirat:tex.eſt in.c.ſi ſuper gratia ſupra allegato.Ad idem facit tex. in.d.c.ſi cui nulla in principio & ibi gloſ.cum ibi not.per doct.de p̄ben.in.vi.
3 † Facit:quia ſi Papa alicui confert canonicatum,& mãdat executori vt illi prouideat de p̄benda mortuo Papa talis gratia & auctoritas executoris non expirat,quin prębendam poſtmodum vacantem illi aſsignare poſsit,licet quo ad ipſam præbendam videatur gratia facienda.tex.eſt notabilis in.c.penul.de conceſſ. præben.in.vi.quod etiam voluit gloſ.in.d c.ſi cui nulla in fine:& Franch.& alii in.d.c.ſi.ſuper gratia & hanc opinionem in caſu quæſtionis noſtræ tenet Hieronimus, Paulus doctor hiſpanus admodum Romanæ curiæ practicus in libello ſuo quem aliqui vocant practicam cancellariæ fol.49.in verſi.incipiente,pręſtantiſsime doctor.
4 † Vbi dixit ꝙ iſto caſu gratia eſt iam facta:quo caſu etiam re integra non expirat officium executoris cum ſit acceſſorium ad ipſam gratiam executoris deputatio acceſſorium autẽ recipit perpetuationem a principali:vt eſt tex.in.d.c.ſi ſuper gratia vbi.Franch.in vltimo not.& facit pro iſta opinione quod dicunt Dñi de rota in.d.deciſ.349.ſupra allegata circa finẽ vbi voluerunt ꝙ ſi Papa mãdat ꝓuideri certę perſonæ de certo beneficio tunc vacante,ꝙ talis gratia re integra morte Papæ non expiret,mouetur per tex.in.d.c.ſi ſuper gratia.Ad idẽ facit quod dixit milus in ſuo repert.in verbo gratia: in verſi.incipiente,gratia facta licet nondum executa:vbi voluit ꝙ

gratia facta dicatur vbi Papa mãdat ꝓuideri de certo corpore beneficii vacãtis ex obitu certę pſone dũmodo talis ꝓuiſio ſit faciẽda ſine iudiciali indagine: Et tenẽdo iſtã partẽ quę vera eſt, ad allegata ſupra in cõtrariũ rñde: & Prio nõ obſtat tex. in. d. c. ſi cui nulla ĩ verſi. ſecus: quia rñdetur, ꝙ ꝓcedit in gratia faciẽda mãdabatur. n. ibi ꝓuideri certę pſonę de incerto beneficio vacaturo, & ita illũ tex. intelligunt glo. & doct. ibi & doc. in. d. c. ſi ſup gratia & Dñi de rota in ꝑallegata deciſ. 349. in nouiſ. Nõ obſtat ſcḋm ꝙ morte mãdantis mandatum expiret. d. c. licet de off. deleg. cũ ſimilibus. † Nã rñdetur ꝙ
5 iſtud nõ ꝓcedit quociẽs mandatũ eſt anexũ & acceſſoriũ ad actũ irreuocabilẽ, prout eſt gratia iam facta quæ morte cõcedẽtis etiã re integra nõ expirat, cũ acceſſoriũ naturã ſui principalis ſequatur. c. acceſſoriũ de regul. iur. in. vi. & eſt tex. in. d. c. ſi ſup gratia. Nec obſtat tertiũ, ꝙ vbi Papa mandat alicui vt ſi ita eſt, vel ita eſſe cõpererit, ꝓuideat Petro de certo beneficio quod Petrꝰ Papę certo modo vacare aſſeruerat: quo caſu mortuo Papa re integra officiũ executoris expirare videtur: quia id ex eo eſt: quia talis executor datus eſt cũ cauſę cognitione: & ſic non eſt merus executor: nã tenet̃ partẽ citare & ꝓcedere cũ cauſę cognitiõe: vt in. c. olim & in. c. ex parte de reſcri. in. vi. & in. c. exhibita de iudi. Ita voluit rota ꝑallegata deciſ. 349. in nouiſ. & Frãchus in. d. c. ſi ſup gratia: & ibi Domi. Quarto nõ obſtat ꝙ cõſeruatorũ poteſtas datorũ ſup priuilegiis expiret re integra: quia eo caſu datio cõſeruatorũ nõ eſt quid acceſſoriũ ad priuilegia, cũ ex priuilegiis agere & excipere quis poſſit ſine conſeruatore. Ita dixit Domi. & ibidẽ Franch. in. d. c. ſi ſup gratia: & idẽ Franch. in. d. c. final. in. §. officiũ de off. deleg. in. vi. & minus obſtat quintũ fundamentũ ſupra adductum, ꝙ iuriſdictio delegati re integra expiret morte mãdantis. Nã iſtud ꝓcedit in delegato cui principaliter non acceſſorie mãdatur iuriſdictio, & ita procedũt iura incõtrario adducta: ſecus eſt quãdo delegatus habet iuriſdictionẽ acceſſorie: vt eſt ĩ caſu noſtro in executore & ſupradictũ fuit: & eſt tex. & ibi doct. in. d. c. ſi ſup gr̃a. † Quinimo adeo differt executor gratię iã factę, licet
6 delegatus ſit a delegato pricipaliter ad iuriſdictionẽ exercendã, ꝙ ſi executor gratię hm̃oi ꝓnunciet ſe nõ executorẽ illius gratię, non ꝓpterea expirat eius auctoritas, cũ talis ꝓnunciatio ius ſibi auferre nõ poſſit: vt voluit Domi. in. d. c. ſi. ſup gratia & ibi Frãch. in verſi. 3. nota ex gloſa vbi allegat glo. magnã in. c. ſi ſoli in fine de cõceſſ. ꝓben. in. vi. Idẽ voluit Felyn. in. c. ſignificãtibus col. 2. verſi. limita quarto de off. delegat. Secus tamen eſt in delegato principaliter ad

iuriſdictionē exercendā: quia ſi ꝓnunciet iuriſdictionē nō habere, il lam etiam de cōſenſu partiū nō reaſſumit: vt in.d.c. ſignificātibus.
7 † Quando autem dicatur res integra vide per doct.in.d.c.ſi cui nul la vbi Franch.& in.d.c.ſi ſuper gratia: Erit ergo ex prædictis conclu ſio, ꝙ in caſu quæſtionis noſtræ neq; gratia neq; executoris auctori tas expirat morte Papæ.

Compenſatio an habeat locum in materia penſio nis. Quæſtio. lxxxxij.

1 *Compenſatio vim ſolutionis habet.*
2 *Debitor qui iurauit certa die ſoluere compenſare poterit.*
3 *Compenſatio opponi poteſt non obſtante ſtatuto ꝙ alia exceptio ꝙ̃ ſolutio nis non opponatur.*
4 *Compenſatio obijci non poteſt petenti alimenta.*
5 *Compenſatio obijci non poteſt prælato ꝑtenti charitatiuum ſubſidium ratione alimentorum.*
6 *Compenſatio non admittitur quando de facili liquidari non poteſt.*
7 *Compenſatio an ſaltim locum habeat ad euitandam penam.*
8 *Compenſatio fit ipſo iure ad euitandam penam.*
9 *Cōpenſatio quæ totū debitū nō abſorbet nō prodeſt ad penā euitandam.*
10 *Emphitheota qui totum canonem non ſoluit ex partis ſolutione non euitat penam.*
11 *Venditio facta ꝙ niſi ſtatuta die pretium ſoluatur res ſit inempta ſi vnus nummus deficiat non valet.*
12 *Debitor penſionis qui penſionis reſeruationi conſenſit & iurauit compen ſationem opponere non poterit.*

NOnageſimo ſecundo quæro, an compenſatio locum habe at in materia iſta eccleſiaſticæ penſionis adeo ꝙ petenti pen ſionem ſibi ſolui opponi poſſit. † Et videtur dicēdum ꝙ ſic: quia
1 compenſatio vim ſolutionis habet: facit tex.in.l.ſi debitor circa fi nem.ff.qui pot.in pign.habeā: ibi neq; enim intereſt ſoluerit, an cō
2 penſauerit. † Ad idem facit quod voluit Bart.in.l. amplius non peti col.fin.ff.rem ratam haber. vbi eſt tex.ꝙ debitor qui certa die ſoluere promiſit, & iurauit, compenſare poterit: accedat ꝙ licet con ditiones ad impleri debeant in forma ſpecifica .l. qui hæredi. & .l. Meuius .ff. de conditio. & demonſtra. tamen iuſſus dare

vel ſoluete cōpenſando conditionē adimplet.l.ſi Peculiū.§.1.ff.de
3 ſtat.liber. † Quinimmo etiā ſi ſtatutū permitteret nō opponi aliā exceptionē q̄ ſolutionis, tamen cōpenſatio opponi poterit vt voluit. Angel.in conſi.219.incipiente quidā nomine:& ſequitur Alex. in conſi.xii.col.penul.in.2.volu. Quinimo cōpenſatio opponi poteſt in executione ſentētie.l.ſi cū militi.§.cum quæritur.ff.de cōpē. probatur in.l.de herede.C.de pet.hered. Diſtinguendū tamen puto ꝙ aut ſumus in caſu, in quo pro penſione executiue agitur: aut ſumus in caſu in quo agitur via ordinaria, de quo dictū fuit ſupra.q. 63.vbi vidimus an in cā penſionis neceſſaria eſſet litis conteſtatio. Primo caſu quando via executiua proceditur contra debitorē penſionis diſtinguendū eſſe arbitror, ꝙ aut penſio reſeruata fuit clerico
4 pro alimentis iuxta ea quæ dixi ſupra.q.45. † Et iſto caſu dicerē cōpenſationi non eſſe locū: quia petenti alimēta cōpenſatio obiici
5 non poteſt.tex.eſt in.l.in ea.C.de cōpen. † Facit quod voluit Bellenc.in trac.ſuo de ſubſid.charit.q.53.vbi concludit ꝙ quando p̃latus petit charitatiuū ſubſidiū ratione alimentorū, tunc ei non poteſt obiici cōpenſatio nā qui alimenta denegat, necare dicitur.l.necare & ibi Bart.C.de liber.agnoſcen. Aut penſio non fuit reſeruata pro alimentis, & tunc dicendū videtur cōpenſationē admitti debere etiā ſi executiue agatur contra debitorē penſionis, quod eo maxime: oſtenditur ꝙ cōpenſatio dūmodo non requirat altiorē indaginem obiici poteſt quādo agitur de executione ſentētię.l.is a quo &
6 ibi Bart.ff.vt in poſſ.legat. † Ad hoc vide quæ ſcribit Felyn. poſt Abbat.& alios in.c.ſuborta de re iudi. Vbi late materiā proſequendo dixit ꝙ cōpenſatio non admittitur quando de facili liquidari nō poteſt.l.vlt.C.de cōpen. Sed cōpenſatio de debito liquidato ad impediendū ſentētie executionē bene opponitur: vt per Sozin. conſi. 24.incipiente, viſis diligēter in verſi.accedat in.1.volu. Nihilominus dñi curiales dicere ſolent, quādo executiue ꝓceditur, ſolue & repete cōtra conſiliū iuriſcōſulti in.l.3.ff.de cōpen.dicentis, ꝙ melius eſt nō ſoluere q̄ ſolutū repetere. Vnde arbitror eos tenere indiſtincte opinionē romani in conſi.ſuo.388.incipiē te, in caſu ꝓpoſiti thematis, vbi voluit ꝙ pēſio indifferēter cedat in cauſam alimētorū, de quo late per Fely.in.c.ad audientiā el.2.de reſcri.& dixi ſupra.q.45 &.51. Aut agitur ad pēſionē nō executiue, ſed via ordinaria: & tūc etiā ſubdiſtinguerē, ꝙ aut pēſio fuit aſsignata ꝓ alimētis, & tūc idē fit quod dictū fuit ſupra aut nō fuit aſsignata ꝓ alimētis, & tūc vr̃ dicendum compenſationem locum habere: nam regulariter eſt per

miſſa

7 miſſa.l.2.ff.de compē.l.3.eo.ti. †Aut querimus vtrum locum ha-
beat cōpenſatio ſaltim ad euitandam pœnam cenſurarũ & priua-
tionis beneficii quam ſolent incurrere non ſoluentes penſionem in
terminis in literis conſtitutionis penſionis appoſitis,qñ penſionis
debitor offert cōpenſare Specul.in tit.de locat.§.nunc aliqua tan-
git hanc quæſtionem in emphitheota qui ceſſauit per debitũ tem
pus in ſolutione canonis in verſi.79.vbi dixit ꝙ emphitheota po
teſt ſe tueri cōpenſatione ſi dicamus compēſationem fieri ipſo iure
l.ſi ambo.§.cum autem aliter.ff.de compen.Si autem dicamus cō
penſationem non fieri ipſo iure,tunc Spec.adhuc putat idem eſſe
dũmodo compenſatio fuerit obiecta ante lapſum dicti biennii in
emphitheota eccleſiæ,& ante lapſum triennii in emphitheota pri-
uati per tex.in.l.ſi conſtat.ff.de compen.& idem videtur ibidem te-
nere Ioan.and.in addit.& Alber.in.l.2.C.de iure emphit.colũ.x.
vbi dixit,ꝙ quando dominus eſt debitor emphitheotæ,ſi emphi-
theota ſit paratus cōpenſare non cadit a iure ſuo. Idem tenet Albe
ri.in.l.cum aliter.ff.de cōpenſ.& Fulgoſ.in.d.l.ſi conſtat.& Abb.an
tiquus i.c.bona fides de poſ.& ibidem Ant.de butr.in ult.not.vbi
etiam per Ioan.and.idem tenuit Iaſon in.d.l.2.col.18.verſi.Deci
monono quero.C.de iur.emphi.vbi relata opinione Specul.dicit
ꝙ tali caſu fiet ipſo iure cōpenſatio non obſtante ꝙ regulariter cō-
penſatio ipſo iure non fiat niſi ab homine opponatur,vt eſt cōmu-
8 nis opinio glo.& doct.in.d.l.ſi conſtat.ff.de cōpenſ. †Dicit enim ꝙ
regula ꝓdicta fallit vbi agitur de pœna euitanda,vel impediendo
curſum vſurarũ:quia tunc odio pœnę & vſurarum ipſo iure fit cō-
penſatio per not.per glo.& doct.in.d.l.ſi conſtat.& per glo.& Bal.
in.l.1.C.eo.tit.& ſubdit ꝙ ne emphitheota cadat a iure ſuo intel-
ligetur ipſo iure oppoſita cōpenſatio etiam ſi per emphitheotā an-
te tempus oppoſita non fuerit.& ita refert tenere Imol.in.d.c.bo-
na fides.col.ix.& Angel.in.d.l.ſemel mora.ff.ſolut.matri.& Ioan.
fabr.& Io.de platea in.§.in bonæ fidei.inſti.de acti.& ꝙ ad euitan-
dam pœnā ipſo iure compenſatio fiat.tenuit etiam Abb.in.c.cum
dilectus.de ordine cognit.& in.c.ad noſtrā.de iure iurā.& ibi Bal.
& Alex.in conſi.xii.in.v.volu.& Gozadinus in conſil.69.col.1.et
2.ex qbus videtur cōcludi poſſe ꝙ debitor penſionis ad pœnā eui-
tandam cenſurarũ & priuationis beneficii.ex quo penſionē non ſol
uit,ſi erit creditor pēſionarii in tanta vel in maiori quantitate be-
9 neficio cōpenſationis vti poterit. †Quid aũt dicendum erit,ſi de-
bitor penſionis ſit creditor penſionarii in minori quātitate q̄ ſit pē-

ſionis debitum, dicendum erit penſionis debitorem non euitare pœnam: quia vbi fit ipſo iure compenſatio ad pœnam euitandam intelligitur fieri pro concurrenti q̃titate tex. eſt & ibi Bal. in. d. l. ſi conſtat: vbi igitur quis eſſet creditor penſionarii in ducatis putan. 30. & debitor eiuſdem pro decurſis penſionibus in ducatis. lx. compenſatio tunc fieret ſolum pro ducatis. xxx. & reſtaret adhuc debitor
10 de ducatis. xxx. Ideo priuationis pœnam non euitaret. † Faciunt not per Bal. in rubr. ff. de contr. empt. q. x. & habetur per Oldrad. conſi. 29. vbi habetur ꝙ emphitheota qui ſoluit partem canonis, ſi totum non ſoluit, in totum cadit a iure ſuo Idem voluit Imol. in. c. potuit col. 38. de locat. vbi etiam dixit, ꝙ is qui promiſit centum ſub pœna & partem tantum ſoluit, incidit in totam pœnam. Idem voluit Salyc. in auc. perpetua. C. de ſacr. ſanct. eccl. Quinimmo dixit Paul. de caſtro in. l. in executione. §. pro parte. ff. de verbo. oblig. ꝙ ſi debitor totum ſoluiſſet, excepto vno numo, tamen pœnam nõ
11 euitaret. † Ad idẽ facit quod voluit. glo. in. l. Res bona. ff. de contr. empht. quæ dixit ꝙ ſi ſit vendita res ſub cõditione ꝙ niſi ſtatuta die pecunia ſoluatur, res cenſeatur inempta: ſi vnus ſolus nummus reſtaret ad ſoluendum res inempta dicetur: idẽ voluit Iaſon in auc. qui rem. C. de ſacr. ſanc. eccl. & Barbat. in conſi. 36. in. 2. volu. Cõcluſionem tamen prædictam ꝙ compenſatio fiat ad euitãdam pœnam quãdo quis eſt debitor penſionis decurſæ, & creditor penſionarii ex alia cauſa dicas procedere quando penſio eſſet reſeruata ſine conſenſu rectoris beneficii grauati quod fieri poteſt per papam vt late vidimus ſupra. q. x. vel ſaltim Modernus rector beneficii graua
12 ti illius reſeruationi non conſenſit ſed eius præceſſor. † Nam quando debitor pẽſionis fuiſſet ille qui illius reſeruationi: cõſenſiſſet tũc quia conſentiens iurat de ſtilo curiæ non poſſet opponere compenſationem nec illius beneficio iuuari: licet enim Bart. dixerit in. d. l. amplius nõ peti. ff. rem rat. haber. in finali col. ꝙ debitor qui certa die ſoluere promiſit & iurauit compenſare poſsit eius, tamen opinio eſt cõmuniter reprobata, vt atteſtatur Aret. in conſilio ſuo centeſimo incipiente, longitudo: & doct. in. c. veniens de iur. iuran. vbi Butr. Imol. & Abb. Alex. conſi. 91. incipiente, viſis actis in. 2. vol. Petr. de anch. conſi. 138. incipiente, in auxilium veritatis. Felyn. in d. c. ad noſtram col. penul. de iure iuran. vbi dixit ꝙ contra Bart. eſt cõmunis opinio: & idem dixit Iaſon in. l. eum qui. §. ſi iurauero. ff. de iur. iuran. & pro iſta opinione contra Bart. ꝙ iurans ſoluere non audiatur volens compenſare; eſt tex. in. d. c. ad noſtram ſecundum

vnam lecturam gloſ. ibi vbi habetur ꝙ fructus percepti ex re pignorata qui ipſo iure in ſortem computantur. l. 1. & 2. C. de pignor. attamen ex quo ibi debitor ſoluere iurauerat, non admittatur compẽſatio. Idem dixit Gozadinus conſilio ſuo. 69. incipiente, videtur prima facie col. prima verſiculo iſtis non obſtantibus & Idem conſilio. 32. incipiente, prima facie col. 2. verſi. Non obſtat & ſecundũ. Nec prædictis obſtat dum dicebatur compenſationem ſufficere ad implementum condictionis de ſoluendo per tex. in. d. l. ſi peculium §. primo. ff. de ſtat. liber. quia illud procedit in eo cui relicta eſt libertas fauore libertatis. Ita dixit Gozadinus præallegato conſi. 69. in verſi. Non obſtant contraria.

Solutio penſionis quo tempore fieri debeat. Quæſtio. lxxxxiij.

1 *Solutio penſionis cui non eſt tempus appoſitum fiet in fine anni.*
2 *Solutio penſionis fiet iuxta conſuetudinem quando tempus ſolutionis fiẽde non eſt apoſitum.*
3 *Penſio domus ſoluetur in fine anni ceſſante conſuetudine.*
4 *Ciuitas Venetiarum aliarum ciuitatum Regina.*

NOnageſimotertio quæro, quo tẽpore fieri debeat pẽſionis ſolutio. In hac. q. dicẽdũ erit ꝙ aut in literis reſeruatiõis annuę penſionis eſt appoſitũ tẽpus quo ſolui debeat ipſa pẽſio, & tunc ſtatuto in literis tẽpore ſolui debet: cõtractus enĩ ex cõuentione legẽ accipiunt. l. 1. §. ſi cõueniatur. ff. de poſ. & ſi ſtatuta die quis non ſoluerit cõſtituitur in mora. l. magnã. C. de cõtr. & comit. ſtipul. vt dictũ fuit ſupra. q. 64. Cõſueuit tamen regulariter de ſtilo curię apponi ĩ literis reſeruationis annuę pẽſionis, ꝙ dimidia ſoluatur in feſtiuitate beati Ioannis Baptiſte: de menſe iunii alia vero in natiuitate dñi
1 noſtri. † Aut in literis nõ eſt appoſitũ tẽpus ſolutioni: & tunc dicẽdum videtur, ꝙ ſolutio fieri debeat in fine anni p glo. in. l. defuncta: & ibi Floria. ff. de uſufr. doct. in. l. diuortio. §. 1. ff. ſolut. matr. glo. in. l. quęro. §. inter. ff. loca. & in. l. ſi edes. §. ſi quis cũ eo. tit. & ibi Bar. & idẽ Bart. in. l. edẽ. C. locat. & Alex. in. l. qui hoc anno. ff. de verbo. oblig. & in. l. diuortio col. 8. verſi. Puto tamẽ ſolut. matri. vbi allegat ad hoc tex. i. l. Iulia. §. offerri. ff. de act. empt. Tñ in d. l. diuortio Alex. diſtinguit inter ſolutionem penſionis prædii ruſtici & prædii

fauorabili clericis.

9 *Clericus habens penſionem dicetur beneficiatus in materia conſtitutionis clem.vii.conceſſe dominis venetis.*

10 *Habens regreſſum dicitur habere ius ad beneficium.*

11 *Priuilegium clericale eſt de iure diuino.*

12 *Clericus qui habet colationem beneficij & bonum ius in eo dicitur beneficiatus.*

13 *Impetrans tenetur facere mentionẽ de beneficio quod habet ẽt ſpe tantũ.*

14 *Clericus qui beneficio eſt ipſo iure priuatus licet illud poſſideat beneficiatus non dicetur.*

NOnageſimoquarto quęro, an appellatione clerici beneficiati veniat clericus qui nullũ poſsidet eccleſiaſticũ beneficiũ habet tamen: & percipit annuam penſionem ſibi auctoritate apoſtolica reſeruatam ſuper fructibus alicuius eccleſiaſtici beneficii menſę vel dignitatis. In hac.q. dicendum puto, ꝙ aut clericus habet penſionem intitulatam cõſuetam aſsignari in titulum beneficii clerico de qua dixi ſupra.q.1.&.q.21.&.q.28.& habetur per doct.in.c.conquerente de cler.non reſid.& iſto caſu talis clericus in quacunq; materia dicetur clericus beneficiatus cum talis penſio dicatur proprię eccleſiaſticum beneficium, vt habetur in locis ſupra allegatis. Aut clericus habet ſimplicem penſionem ſuper fructibus
1 beneficii ſibi reſeruatam. † Et tunc ſubdiſtinguendum puto, ꝙ aut clericus habet penſionem ſibi reſeruatam pro tẽporali ſeruitio impenſo vel impendendo, vtputa pro pulſando campanas, aperiendo fores eccleſię, ſiue pro pręſtando patrocinio, vel quia eſt maſſarius caniparius, vel iconomus eccleſię, vel ex alia ſimili cauſa: & iſto caſu clericus habens talem penſionem beneficiatus non dicetur: quia ſiue ſit aſsignata talis penſio clerico, ſiue laico dicetur potius officium q̃ beneficium, vt in.c.poſſeſsiones.16.q.1.& in.c. conſuetudinem de conſuet.in.vi.vbi gloſ.& not.Card.in clem.quia regulares de ſupplen.negli.pręlat.in.viii.q.quinimmo talis pẽſio erit potius
2 mercedis loco. † Aut ſumus in penſione alicui clerico aſsignata ſuper fructibus beneficii loco beneficii, vtputa quando reſeruatur clerico reſignanti beneficium ſuper fructibus beneficii reſignati ne reſignans ex reſignatione ipſa nimium diſpendium patiatur, ſiue ex cauſa ceſsionis iuris quod quis in beneficio prætendebat habere, ac extinctionis litis & cauſę, vel ex quacunq; alia cauſa. † Et iſto etiam
3 caſu ſubdiſtinguendum putarẽ ꝙ aut ſumus in materia odioſa, aut

in fauorabili clericis.primo caſu,exempli gratia,ſi ſtatutum ſit ꝙ clericus beneficiatus attrocius puniatur cõmittens delictum q̃ nõ beneficiatus,puto dicendum,ꝙ appellatione clerici beneficiati nõ veniat clericus qui ſolum habet penſionẽ. Nam vt vidimus ſupra q.xxviii. beneficii appellatione ſtricto & proprie ſumpto vocabulo non venit penſio. †In odioſis enim fit ſtricta interpretatio.c.odia
4 reſtringi de regul.iur.in.vi.c.ſtatutum de elect.in.vi.l. quidam.ff. de liber & poſthu.immo in odioſis & penalibus verba proprie intelligi debent.l.conſtitutionibus.ff.ad municipa.l. 3.§.hec verba ff.de nego.geſt. & habetur per docto.in.c.in noſtra.de iure iuran.& per doct.in.l.quicquid aſtringende.ff.de verb.oblig.probatur etiã iſta concluſio per tex.in clemen. 2.in.§. 1.iuncto,§.cæteri vero.& ibidem bona glo.in verbo quodcũq; de vit.& honeſt.cleri.vbi clericus contraueniens illi conſtitutioni eſt ſuſpenſus a pceptione fructuum beneficii quod obtinet per ſex menſes.Nec ibi appellatione beneficii venit penſio.& in.§.cęteri ſacerdotes non beneficiati vtẽtes virgata veſte,dicit ibi tex.reddũtur inhabiles ad quodcũq; beneficiũ eccleſiaſticum obtinẽdum.glo.vero in d.verbo quodcũq; dicit ꝙ cõprehendiť penſio quæ in titulũ datur.Ergo quæ non dať
5 in titulũ non comprehẽditur.†facit ad hoc quia videmus ꝙ licet executor gratiæ apoſtolicę largo modo dicať delegatus; vt habeť per doc.in.c.ſi ſup gratia de off.deleg.in.vi.vbi glo.in verbo principalis:tñ ſecus eſt in materia ſtricta,in qua delegati appellatiõe non venit executor.Ita dixit Abb.in.c.ſi qs cõtra clericũ.col.4.de for. cõpe.& per Fely.in.c.ſup quęſtionum.col.penul.in verſi.capio gl.
6 de of.deleg. †Adde predictis ea quę dicit ℞.pater.D.Lud.Gomes Rot.auditor in cõmento regulę cancel.de annal.poſ.q.xxi.vbi inquit ꝙ Rota tenuit ſñiam priuatiuã beneficiorũ quorũcunq; cõprehendere tantum penſiones quæ dantur in titulum & ad ꝑdicta
7 vide quæ late dixi ſupra in.d.q. 28.in verſic.erit ergo. †Limita tamen concluſionem prędictam non procedere in materia hæreſis: qa ſi in conſtitutione dicatur ꝙ clericus lapſus in hęreſim ſit priuatus beneficiis ſiue quod ad nullum eccleſiaſticũ beneficium admittatur:eo caſu erit etiã penſione priuatus,nec ad illam admittetur: quia in odium hęretici tali caſu verbum beneficium large accipitur:& ſic ẽt penſionem comprehẽdet quę largo modo beneficium diciť:vt late dictum fuit in dicta.q. 28.ſupra.& ad hoc eſt bonus text.in.cap.quicunq;.in §.hęretici autem iuncta gloſ.ibi in verbo. beneficium de hæret.in.vi.& iſta interpretatio fit fauore fidei,

cuius negocium admodum priuilegiatum exiſtit. c.accuſatus.§. ſane.cum negocium de hęret.eo.lib. Hinc eſt ꝙ fidei fauore cōtra hęreticum admittũtur in teſtes excommunicati, & participes vel ſocii criminis.c.in fidei fauorem de hęret.eo.lib. Immo & admittũ
8 tur piuri d.c.accuſatus.§.licet vero. †Si autē ſumus in materia in qua iſta qualitas eſſe clericum beneficiatũ eſt fauorabilis clerico, & tunc dicendũ eſt, ꝙ ſicuti odia reſtringuntur, ita fauor ampliari debet vulgato text.in.d.c.odia reſtringi de regul.iur.in.vi. Et ideo tali caſu clericus habens penſionem ſuper fructibus beneficii ſibi reſeruatam non pro mercede vel tēporali ſeruitio dicetur clericus beneficiatus cum largo modo penſio beneficiũ dicatur: vt late tradidi in.d.q.28.ſupra.& habetur per doct.in.c.q̄uis.el.2.de preben. in.vi.& in.c.ad audientiam.el.2.de reſcrip.vbi per Fely.immo largo modo penſio dici poteſt eccleſiaſticũ beneficium, vt dixi ſupra in.d.q.28.in verſi.ſecundo limita. Et pdicta faciunt ad declarationem conſtitutionis nuper a ſanctiſsimo.D.N.Clemente.vii.emanatę ad inſtantiã Sereniſsimi ducis & dominii Venetorũ, quorũ imperium altiſsimus feliciter ſecundet & augumētet.per quam declarauit vt infra. Statuimus & ordinamus ꝙ de cętero poſt trimeſtre a die publicationis pſentium computandum tam coniugati q̄ alii dicti dominii clerici etiam ad minores ordines promoti nō beneficiati nec in ſacris ordinibus conſtituti cuiuſcũq; dignitatis ſtatus gradus ordinis vel conditionis fuerint, priuilegio clericali in criminalibus dumtaxat gaudere nequeant. Sed tales clericali charactere inſigniti, ac in minoribus ordinibus conſtituti non beneficiati, & alii qui ætatis legittimę ad ordines ſacros ſuſcipiendos, ſi ordinem ſacrum non ſuſceperint delinquentes pro tempore per iudices ſeculares capi inquiri: & iuxta eorum demerita oībus pœnis quibus meri laici delinquētes de iure puniri deberent libere & licite puniri poſsint: nec ſe ſub pretextu priuilegii clericalis tueri & de
9 fendere & ad curiam eccleſiaſticã recurrere valeant. †Sæpe interrogatus fui an in iſta conſtitutione appellatione clerici non beneficiati veniret clericus cui reſeruata fuit annua penſio ſuper fructibus alicuius eccleſiaſtici beneficii: & reſpondi ꝙ non per ſupradicta: quibus adde pro confirmatione iſtius opinionis ꝙ clerico cui penſio reſeruatur vt plurimũ datur in literis reſeruationis penſionis regreſſus ad beneficium ob non ſolutionem penſionis iuxta ſtilũ cu
10 rię. †Et propter huiuſmodi regreſſum dicitur habere ius ad beneficiũ, vt tradit Aeneas de falco.in trac.ſuo de reſerua.in.47.effectu.

numero.x.et.xi.facit quia dicta conſtitutio eſt exorbitans a iure
communi:reſtringit enim priuilegium fori clericis de iure cõmuni
indultum.ideo ſtricte intelligi debet, vt minus lædat ius cõmune
q̃ fieri poſsit per ea quę tradunt doct.in.c.cauſam quę de reſcrip.
vbi dicũt reſcriptum principis eẽ intelligendũ vt minus lædat ius
cõmune q̃ fieri poſsit:immo ſm ius cõe intelligi & interpretari de/
bet:vt not.in.l.ex facto in princ.vbi Imol.ff.de vulg.& pupil.ſub/
ſtit.& ibidem Alex.facit etiam:quia in exorbitantibus non fit ex/
tenſio.c.quæ a iure cõi de regul.iur.in.vi.& habetur per glo.& do/
cto.in.l.ſi conſtante in prin.vbi Alex.ff.ſolut.mat. Verba ergo non
beneficiatus in dicta conſtitutione intelligẽt de clerico qui nõ ha
11 bet aliquod beneficium ẽt eccleſiaſticam penſionẽ. †Et maxime p̄/
dicta procedent in caſu conſtitutionis p̄dictę:quia priuilegiũ cleri
cale eſt clericis indultũ de iure diuino.tex.eſt in.c.ſi imperator.vbi
glo.in verbo et diſcuti.96.diſtin.habetur per Cald.in repet.c.per/
pendimus de ſent.excõi.Idẽ voluit prepoſitus in.c.in iſtis diſtinc.
4.in fi.& Abb.in.c.propoſuit.col.3.verſi.ex quo infertur de cõceſ.
pręben.& Card.in clemẽ.1.q.1.de off.ord.Ideo vt minus lędatur
ius cõe in terminis conſtitutiõis p̄dictę clericus penſionem habẽs
12 beneficiatus dicetur. †Quinimmo dicebam ẽt ꝙ appellatione cle/
rici beneficiati in terminis predictę conſtitutionis veniret clericus
qui collationem beneficii habet & bonum ius in eo, licet illud non
poſsideat.qui enim actionẽ habet rem ipſam habere videtur.c.qui
actionem de regul.iur.in.vi.& id ad quod actionẽ habemus in bo/
13 nis noſtris eſſe dicitur.l.rem in bonis.ff.de acquiren.rer.domi.† fa/
cit: quia impetrans tenetur facere mentionem de beneficio quod
habet non tantum re:ſed etiam ſpe vt not.Cardi.in.c.in noſtra.in
2.not.de reſcrip.& in clemen.2.q.vii. de offic.ordin.Idem voluit
Ioan.and.in regula ignorantia de regul.iur.in.vi.& ad hoc eſt deci
ſio Rote.573.incipiens quidam Cardinalis in antiquis vbi dixit
expreſſe faciendam eſſe mentionem in impetratione beneficii de iu
re quod quis habet in alio beneficio licet illud non poſsideat: idẽ
tenuit Milus in ſuo aureo repertorio.in verbo gratia.verſicul.xiii.
14 †Clericum autem qui ætatis legittime aſſecutus fuerit beneficiũ
curatum niſi diſpenſationem haberet de non promouendo ex ali/
qua iuſta cauſa ſi ad ſacros ordines infra annum promotus nõ fue
rit dicebam ꝙ licet beneficium poſsideret non eſſe beneficiatum:
quia ipſo iure tali caſu eſt beneficio priuatus per tex.in.c. licet ca/
non in.§.quod ſi infra de elect.in.vi.

Appellatio

Appellatio an admitti debeat in materia penſionis. Queſtio.xcv.

1 *Appellatio regulariter eſt permiſſa.*
2 *Appellatio in dubio deſerta non preſumitur.*
3 *Appellatio non admittitur qñ penſio eſt reſeruata pro alimentis.*
4 *Appellatio non admittitur in materia ſubſidij charitatiui impoſiti per Epiſcopum pro eius alimentis.*
5 *Appellatio non admittitur in cā penſionis qñ executiue proceditur.*
6 *Cauſa exprimi debet in appellatione quando quis appellat in caſu in quo appellatio eſt prohibita.*
7 *Appellatio eſt remedium oppreſſorum.*

NOnageſimoquinto quęro. An appellatio admittatur in cā
1 penſionis. †In iſta.q.dicendum videł ꝙ appellatio admitti debeat quia regulariter eſt permiſſa niſi prohibita reperiatur glo. in.l.qui reſtituere.ff.de rei vendi.eſt.n.appellatio defenſio. defenſio autē eſt de iure nature.l.vt vim.ff.de iuſti.& iur.& in dubio appellatio eſt admittenda vt per glo.& doct.in.c.vt debitus.de appel.Angel.in.l.qm̄ iudices.C.de appel. Cardi.in clemen.1.q.2.de dol.&
2 contu.Bal.in.l.properandū.§.ſin autem.C.de iudi. †Et adeo fauorabilis eſt appellatio ꝙ in dubio deſerta non preſumitur vt voluit Paul.de caſt.per illū text.in.l.1.ff.ſi quis caut.& habeł per Deciū in conſi.34.in.2.col.in.1.volu.Quinimmo de iure canonico appellatio eſt pmiſſa a quolibet grauamine licet ſecus ſit de iure ciuili.c.ſuper eo vbi Decius col.2.verſ.tertio not.de appel.el.2.Diſtinguendum tamen puto in iſta.q.ꝙ aut penſio fuit reſeruata clerico pro alimentis aut pro ſeruitio tēporali,vtputa pro pulſando cāpanas aperiendo fores eccleſię aut pro alio ſimili tēporali officio,aut fuit aſſignata alicui clerico ex eo qa beneficiū quod obtinebat alteri renunciauit.ſeu litigando ceſſit iuri liti & cauſę vel alio modo.
3 †Primo caſu qñ ſcilicet penſio fuit reſeruata pro alimentis & vitæ ſuſtentatione ſiue procedał executiue ſiue alio modo appellatio nō admitteł.cauſa.n.alimentorū appellationē non recipit ſm Speculatorē in tit.de appel.§.in qbus verſi.Sed nunquid qñ iudex.Bart. in.l.mella in princ.ff.de alimē.& cibar.legat.& in.l.ſi.circa prin.ff. de appel.Bal.in.l.nemo.C.de ſumma trin.& fid.cath.& ex pdictis.
4 †Idem determinat Bellen.in trac.ſuo de ſubſid.charit.q.lv.in ſubſidio charitatiuo impoſito per Epm̄ pro alimentoꝝ neceſsitate dicēs

ꝙ eo caſu appellatio non admittetur quod etiam in omni caſu eſt dicendum in penſione ſi indiſtincte teneremus opinionẽ Romani in conſi.ſuo. 388. incipiente in caſu propoſiti thematis: vbi indiſtincte voluit penſionem cedere in cãm alimentorum de quo p Fe
5 lyn.in.c.ad audiẽtiam.el. 2.de reſcrip.& dixi late ſupra.q.45.†Aut penſio non fuit aſsignata ex cauſa alimentorũ: & tunc ſi executiue procedatur iuxta ſtilum in ſimilibus ſeruari ſolitum puto appellatione admitti non debere regulariter niſi aliqua iuſta ſubſiſtente cã quia ab executione nõ appellatur.l.ab executore.ff.de appel.cum ſimil. Et ideo in materia penſionis regulariter nõ datur commiſsio de ſtilo Curie niſi ſine retardatione ſolutionis penſionis vt dixi ſupra in pluribus queſtionibus huius tractatus niſi in caſibus quos notaui ſupra.q.85.verũtamen ſi executor literarum reſeruationis penſionis in exequendo modum excederet eo caſu appellatio admittenda eſſet: puto tamen ꝙ cauſa exprimi deberet in appellatione p ea quę voluit Abb.poſt But.in.c.quo ad conſultationẽ de re iudi. & ibi Felyn.col.ix.in verſi.oportet exprimere cauſam & Bart.in.d.
6 l.ab executore & ibi Bald.†In quibus locis doctores concludunt ꝙ vbi regulariter appellatio eſt prohibita appellans cauſam exprimere debet licet aliqui contrarium teneant quorum opinionem & fundamenta refert Felyn.in dicto.c.quo ad conſultationem colũ. ix.quem videre poteris. Aut agitur via ordinaria vt quando quis agit ſuper nullitate reſeruationis pẽſionis ſiue ſuper illius reductione vel ſuper ſpolio penſionis ſubtracte.de quo dixi ſupra.q.35.& queſtione.47.ſiue quando hæres penſionarii defuncti petit penſiones decurſas non ſolutas contra rectorem beneficii de quo dixi ſupra.q.49.& iſtis caſibus appellatio admittenda eſſet quia nulla ratio appellari prohibet cum propterea non retardetur ſolutio
7 penſionis in caſibus expreſsis in dicta.q.35.et.45.†Appellatio enim eſt regulariter eſt permiſſa cum ſit remedium oppreſſorũ glo. & docto.in.d.l.qui reſtituere in verbo reſtituere.ff.de rei vendi.l.in minoribus & ibi Bart.C.de appel.Sozin.in conſi.cxcv.incipiente circa verſic.ſed premiſsis non obſtantibus & conſi. 300.incipiente in cauſa interpellatiõis verſi.ſecundum eſt in.2.volu.Et p Spec. late in tit.de appel.§.poſtq̃ in princ.verſic.Et quidem vbi regulam
8 ponit quod appellatio regulariter eſt permiſſa faciũt dicta in principio huius queſtionis.†Vnum tñ nota dignum non omitto ꝙ in caſibus in quibus in materia penſionis non datur cauſę cõmiſſo ſine illa clauſula ſine retardatione penſionis debitor penſionis ad be

neficium.c.Odoardus de ſolutionibus non admittitur ita de ſtilo
ſignature iuſtitie eſſe dicit ℞.pater dominus Ludouicus gomes in
commento regulæ de non iudicando iuxta formam ſupplicatio/
nis.q.vltima in vltima carth.nume.88.

Penſio an dicatur odioſa uel fauorabilis.Qō.xcvi.

1 *Penſio quo ad ortum eſt odioſa.*
2 *Onera incumbentia Rectori eccleſię tria ſunt.*
3 *Onera epiſcopalia incumbentia Rectori eccleſiæ quatuor ſunt.*
4 *Penſio aſſignata pro alimentis etiam quo ad ſui ortũ eſt fauorabilis.*
5 *Legatum alimentorum etiam factum diuiti cenſetur in piam cām factũ.*
5 *Penſio iam in eſſe deducta fauorabilis eſt.*
6 *Penſio eſt beneficium ſine ordinis obligatione.*
7 *Penſionarius fructus beneficii ſine labore manducat.*
8 *Penſio eſt premium ſine opere.*
9 *Penſio eſt merces ſine cuſtodia.*
10 *Iuriſditio dũ deducitur in eſſe eſt odioſa,in eſſe deducta eſt fauorabilis.*

NOnageſimo ſexto quęro: vtrum penſio dicatur odioſa vel
fauorabilis iſtam queſtionem intellige in penſione aſsigna
ta clerico ſup fructibus alicuius eccleſiaſtici beneficii men
ſe vel dignitatis non tamen in ſtipendium.Circa quam diſtinguen
dũ puto quod aut conſideramus penſionis ortum & quãdo in eſſe
deducitur:Aut conſideramus penſionẽ iam in eſſe deductam.& cle
1 rico reſeruatam. †Primo caſu dicendum erit penſionẽ eſſe odioſam
eſt.n.illius ortus cõtra regularem iuris diſpõnem cum ex illa detur
ſciſsio in beneficiis quod vtiq; eſt de iure cõi reprobatum.c.cum
cauſam.c.verum.c.maioribus de preben.c.vnico vt eccl.benefi.ſi/
ne dimi.conferan.Nil etenim aliud eſt penſio q̃ certa portio ex be/
neficio ad tempus ſeparata a quo dependet ſicuti vſufructus a pro/
prietate de quo late dixi ſupra.q.1.Et imponere penſionem benefi/
cio eſt illi ſeruitutem iniungere cum ſit quędam ſeruitus penſio ip/
ſa vt dixit Caccialup in tract.ſuo de penſ.q.8.& Paul.de Roma in
tract.ſuo de penſ.in.8.& vlti.queſito.nume.22.vbi dixit ꝙ penſio
eſt plaga fetida ex percuſsione nerui eccleſiaſtice diſciplinę ſimili/
tudinarie inflicta.Ad idem Gomes.in commento regulæ cancel.
de infirmis reſignã.q.xvi.vbi dixit penſionis impoſitionẽ eſſe odio
ſam qa eſt contra charitatẽ:nam q non ſeruit altari de altari viuere

non debet.c.charitatem.&.c.eccleſiaſticis.vii.q.2.& contra apo/
ſtoli ſniam dicentis qui non laborat non mãducat.c.clerici.1.q.2.
2 † Confirmanť predicta quia multoties accidit ꝙ detracta penſiõe
non remanet tantum rectori eccleſię grauatę illius onere ꝙ poſsit
onera ad quę de iure tenetur pſoluere quę tria ſunt. Primũ ꝙ hoſpi
3 talitatem ſeruet.c.1.42.diſtin.c.florentinũ.85.diſtin. †Secundũ
eſt ꝙ ſoluat onera epiſcopalia quæ quatuor ſunt vt per Card.in cle
men.1.de cẽſi.q.xii.videlicet viſitatio, correctio, procuratio & ſo
lutio carhedratici quę oĩa dicit eſſe impreſcriptibilia & contineri
ſub epiſcopali imperio mero nec ea poſſe Epm̃ tacite vel expreſſe
abiicere allegat tex.in.l.legatus.ff.de offi.preſid.&.l.ius agnationis
ff.de pact.& Hoſt.in ſumma de off.ord.in.§.quid pertinet tertium
eſt ꝙ poſsit congruam ſuſtentationẽ ex fructibus beneficii habere
xxi.q.1.c.1.&.c.is cui de p̃ben.in.vi.c.1.de inſti.c.ſicut nobis.de
ſupplen.negl.p̃lat.c.cum adeo de reſcrip.c.conquerẽte. de cler.non
reſid.c.extirpande de p̃ben.accedat ꝙ propter tenuitatem redditũ
qui remanent rectori beneficii ſoluta penſione ſepenumero diuinus
cultus in eccleſia non ſolum minuiť ſed contemnitur, vt experiẽtia
4 quę eſt rerum magiſtra nos edocet.c.q̃ ſit de elec.in.vi. †Erit ergo
ex p̃dictis concluſio ꝙ penſio cum in eſſe deducitur diceť eſſe odio/
ſa: iſta tamen concluſio limitanda erit vt non procedat quãdo pen/
ſio reſeruaretur clerico pro alimentis. Nam tali caſu eſſet fauorabi/
lis etiã conſiderato ipſius ortu nam diceret tunc penſio aſsignari in
piam cãm equiperanť enim iſte gr̃æ papales diſpoſitionibus teſta
torũ vt eſt tex.in.c.quia in cunctis de conceſ.p̃ben.c.ſi pluribus.de
p̃ben.in.vi. †Legatum aũt alimentorũ cenſetur in piam cãm factũ
etiam ſi fiat diuiti vt habetur per doct.in.l.ſi certis annis vbi Alcia
tus.C.de pact.allegat glo.in.l.ſi quis titio.ff.de legat.2.Ergo idem
erit in reſeruatione penſionis pro alimẽtis facta quia pia dicetur cã
5 & ſic fauorabilis. † Secundo vero caſu videlicet in penſione in eſſe
iam deducta & reſeruata clerico ſup fructibus beneficii ex cã renũ
ciationis vel ceſsionis iuris & extinctionis litis & cauſę vel ex eo ꝙ
Papa voluit prouidere clerico vt cõmodius ſuſtentari valeat, & iſto
caſu puto reſeruatã penſionem eſſe fauorabilẽ quod ex multis cõ/
probari poteſt. Et primo quia videmus ꝙ ad exactionem penſionis
contra debitorem non ſoluentem proceditur executiue nullis ſerua
tis terminis: niſi monito debitore ꝙ ſoluat vel doceat de ſolutione,
vt dixi ſupra.q.71.Secundo quia per q̃cunq; litis pendentiam vel
ſuper nullitate & inualiditate reſeruationis penſionis vel ſup illius
reductione

reductione ad conuenientem ſummam vel aliter regulariter nunquam retardatur ſolutio penſionis nec datur comiſsio cauſæ per ſignaturam iuſtitiæ niſi cum clauſula ſine retardatione ſolutionis pẽſionis vt etiam dixi ſupra queſtione. 3 5 .in fine & traditur per Staphileum rote auditorem in tract. ſuo de literis iuſtitię fol. 1 5 3 .ver ſiculo quando vero vtraq;, verum tamen & quibuſdam caſibus etiam in materia penſionis datur commiſsio ſine dicta clauſula quos caſus enumeraui ſupra queſtione. 8 5 . Tertio facit quia videmus ꝙ in iſta materia penſionis regulariter appellatio non admittitur de quo dixi in proxima præcedenti quęſtione. Quarto facit quia videmus quod penſionarius officium dicere non tenetur & tamen beneficii fructus in ſuos vſus & vtilitatem conuertit vt dixi ſupra quæſtione. xxx. Quinto penſionarium ad reſidentiam non teneri declaratum eſt ſupra quæſtione. xxxi. Sexto quia penſio multa habet priuilegia quæ enumerat Paulus de Roma in. d. tract. ſuo de penſ. in. vii quæſito in verſiculo. Redeundo ergo ad principale numero ſeptimo. † Primum priuilegium dicit eſſe quod penſio eſt beneficium
6 ſine ordinis obligatione quia clerico aſsignata non obligatur clericus ad aliquorum ſacrorum ordinum ſuſceptionem iuxta not. in. c. ex eo de elec. in. vi. tu dicas quod hoc non eſt priuilegium penſionis quia videmus quod etiam clericus obtinens beneficium eccleſiaſticum ſine cura nõ tenetur promoueri ad ſacros ordines: vt not. in. c. licet canon de elect. in. vi. & in. c. ſi eo tempore de reſcri. eo. lib. & tamen maior eſt ratio in habente beneficium ſine cura q̃ in penſionario cum penſio proprie non ſit beneficium eccleſiaſticum vt vidimus ſupra quæſtione prima & quæſtione. 2 8 . Secundum priuilegium dicit eſſe ꝙ in penſione gratia indebitum reputatur contra illud apoſtoli ad Roma. quarto dicentis ꝙ ei cui merces operatur ſe
7 cundum gratiam non imputabitur ſed ſecundum debitum. † Tertium priuileginm eſſe aſſerit quia penſionarius fructus beneficii ſine labore manducat contra ſententiam apoſtoli dicentis qui non laborat non manducat. c. clerici prima quæſtione ſecunda. Quartũ priuilegium dicit eſſe quia penſionarius frangit iuſtitię equalitatẽ illud ſcilicet ius ſuum vnicuiq; tribuens Inſtit. de iuſt. & iur. §. Iuris præcepta honores etenim & commoda diuidi debent ſecũdum qualitates laborum. c. ius militare prima diſtinct. Penſionarius autem nullos facit labores cum ad aliquid faciendũ non obligetur. † Quintum priuilegium adducit ꝙ penſio eſt præmiũ ſine opere quia qui non ſeruit altari inde non debet viuere nec præmium conſequi. c.

charitatē &c.c.eccleſiaſticis.xii.q.2.hinc eſt ꝙ os bouis triturantis
alligari nō debet.c.extirpādę de pręben. Sextū priuilegiū atteſtat eſ
ſe quod pēſio ſit ſeges ſine vomere & aratro & meſsis ſine ſemine qa
pēſionarius metit vbi nō ſeminauit & cōgregat vbi nō ſparſit luce.c.
xix. Mathei.c.25.& in pēſione verificatur illud Ioā.c.4.ego miſsi
vos metere quod nō ſeminaſtis & alii laborauerunt & vos ī labores
9 eorū introiuiſtis. † Septimū adducit quia pēſio eſt merces ſine cu
ſtodia ad quā paſtor de iure tenet.c.quis de re iudi.clem.1.de decl.
.l.qui mercedē.ff.locat. pēſionarius.n. ad reſidētiā nō tenet vt ſupra
dixi. Octauū priuilegiū eſſe aſſerit quia pēſio eſt beneficiū ſine one
re, pēſionarius enim nō obligatur ad tria illa onera ad quæ de iure
tenētur eccleſiarū rectores de quibus quidē oneribus dixi ſupra ſub
dens dictus Paulus ꝙ dicere poſſumus ꝙ pēſio eſt medulla tritici &
adeps. frumēti Butirū de armēto & lac de ouibus meraciſsimus ſā
guis vue, mel de petra, & oleū de duriſsimo ſaxo, videlicet de patri-
monio Chriſti, Et ꝙ pēſio reſeruata alicui clerico dicatur eſſe fauo-
rabilis patet quia vt plurimū reſeruatur ꝑ ſuſtētatione & eā cauſam
alimentorū ſapere tenuit Romanus in conſi. ſuo. 388. incipiēte in
caſu ꝓpoſiti thematis vbi latius hec ꝓſequitur & eū refert Fely.i.c.
ad audientiā el.2.de reſcri.cuius opinionē videtur ſequi curia Ro-
mana quę multū fauet exactioni pēſionis vt de ſe patet & ideo de ſti
lo apponitur in literis reſeruationis pēſionis ꝙ ceſſans illā ſoluere ꝑ
tēpus in illis appoſitū ſit beneficio ipſo priuatus, faciunt etiā ad p-
10 dicta quæ dixi ſupra.li.lxii.lxxi.&c.q.lxxxxii. † Adde prędictis ꝙ nō
eſt incōueniens ꝙ aliquid quādo in eſſe deducitur dicatur odioſum
ſed in eſſe deductū dicatur fauorabile videmus enī ꝙ iuriſdictio dū
in eſſe deducitur eſt odioſa ſed poſtq̄ eſt in eſſe deducta eſt fauorabi
lis vt voluit Abb.in.c.1.col.vii.verſi.quo ad primum de iudic.

Regula cancellariæ de triennali poſſeſſore an locū habeat in penſione. Quæſtio. lxxxxvij.

1 *Dictio quodcunq; importat omnimodam generalitatem.*
2 *Verbū quoſcūq; cōpręhēdit etiā eos qui veniūt ex īpropria ſignificatiōe*
3 *Statutum ſi dat facultatem alicui cognoſcendi de quibuſcunq; cauſis nul-la cenſetur excepta.*
4 *Fideiuſſor ſi promiſit præſentare principalem quandocunq; intelligitur etiam poſt ſententiam.*
5 *Geminatio verborum maiorem vim & expreſſionem habet.*

6 *Geminatio reſcripti habet vim motus proprij.*
7 *Geminatio reſcripti vim habet clauſule ex certa ſcientia.*
8 *Geminatio reſcripti vim habet clauſule non obſtante*
9 *Geminata verba enuntiatiua idem operantur ac ſi eſſent diſpoſitiua.*
10 *Sententia priuatiua quorumcunq; beneficiorum comprehendet tantum penſiones quæ dantur in titulum.*
11 *Verba intelligi debent vt aliquid operentur ſecundum naturam actus.*

NOnageſimoſeptimo quæro ſtatutũ eſt per regulam cancel- lariæ apoſtolice q ſi quis quęcũq; eccleſiaſtica bñficia qua- liacunq; ſint per trienniũ pacifice poſſederit moleſtari nequeat ſup eiſdem an dicta regula defendat clericum qui pacifice per trienniũ poſſedit penſionẽ ſibi auctoritate apoſtolica reſeruatam ſuper fru- ctibus beneficii qui fuit in poſſeſsione vel quaſi illam exigendi a re ctore beneficii grauati illius oneř & videtur prima facie dicendum quod ſic quia licet regulariter appellatione beneficii eccleſiaſtici nõ veniat pẽſio vt p Caccia.in tract.ſuo de penſ.q.xxx.& vlt. & dixi ſu- pra.q.28. Tñ vbi apponũtur illa verba & aliud quodcunq; benefi cium cõprehendiť pẽſio vt voluit Caccia loco pxime allegato & Fely.in.c.poſtulaſti col.x.verſi.quarta cõcluſio de reſcri.allegant ad hoc glo.in clem.2.in.§.dignitatẽ vero in fine in verbo quodcunq;
1 de vit.& honeſt.clericorũ. † Dictio eñi quodcunq; importat oĩmo dam generalitatẽ tex.eſt in.c.ſolite benignitatis de maio.& obediẽ. vbi Abb.in vlt.not.facit qa dictũ verbũ quodcunq; videť cõprehẽ dere oĩa beneficia eccleſiaſtica etiã quę ĩproprie veniunt appellatio ne beneficii eccleſiaſtici;vt eſt pẽſio p ea quę voluit Curtius iunior in cõſi.ſuo.48.incipiẽte præſupponitur in facto col.1.in.1.volu.
2 & idem in conſilio.1.col.1.nu.4.in eo.volu. † Vbi dixit quod na tura verbi quoſcunq; eſt comprehendere omnes etiam qui veniunt ſecundum impropriã ſignificationẽ & qui alias ex natura actus nõ venirent per ea quę not.Bal.in.l.1.34.q.ff.de rer.diuiſ.vbi dixit q feudũ acceptũ pro ſe & heredibus quibuſcunq; tranſit etiã ad extra neos heredes facit tex.in clem.1.de iudit.vbi verbum quibuſcunq; cõprehendit clericos & laicos cõferunt ad prędicta quę dixi ſupra
3 q.28.i verſi.erit ergo cõclu.&.q.19. †Facit quod voluit domi.i.c. decet in principio.col.3.de immu.eccleſi.l.vi.vbi dixit q qñ lex vel ſtatutum dat alicui facultatem cognoſcendi de quibuſcunq; cau- ſis tunc nulla cenſetur excepta & excluſa. † Ad idem facit quod
4 voluit Angelus in.l.quod ſi nolit.§.ſi quis ita.ff.de edili edict. vbi

dixit ꝙ ſi fideiuſſor promiſit præſentare principalem quandocunq; intelligitur etiam poſt ſententiam licet ſecus eſſet ſi ſimpliciter illū præſentare promiſiſſet.l.grece.§.poſt litem.ff.de fideiuſſ.Corroboratur fortius iſta opinio ex eo.quod in.d.regula ſunt geminata verba quorum vnum quodq; de per ſe denotat omnimodā generalitatem dicitur enim in ea ſi quis quæcunq; eccleſiaſtica beneficia qualiacunq; ſint.

5 †. Iſta enim geminatio verborum generaliū maiorē vi & expræſsionem habent & denotant vt not.per Bart.in.l.cū ſcimus C.de agricol.& cenſit libro.xi.& per roma.in.l.ſi vero.§.de viro in xxxi.fallen.ff.ſolut.matri.& Decium in conſi.315.incipiente ſuperioribus col.2.in.2.volum.

6 † Et adeo magna eſt vis geminationis ꝙ licet alias motus proprius nō præſumatur niſi ſit expreſſus tamē geminio reſcripti vim habet motus proprii vt dixit Bal.in.l.nec dānoſa.C.de pręcib.imperat.offerren.cuius dictum extollit Romā in.d.l.de viro.§.ſi vero in prędicta.31.fallen.Alex.in.l.5.ff.quod quiſq; iur.Prępoſit.in.c.per tuas in quarta col.de diuor.Fely.in.c.ſi quando col.fin.in verſi.Geminatio reſcripti de reſcri.& habetur per inſignem doctorem dominū & pręceptorem meum.D.Gulielmū pontanum peruſinum in.l.cum filio nu.61.delegat.1.ff.

7 † Quinimo & reſcripti geminatio vim habet clauſule ex certa ſcientia glo.in.c.1.in verbo noſcatur ibi ī reſcripto etiā dicimus de conſti.in.vi.glo.1.in.c.reſcripta.25.q.2.& probatur per tex.cū glo.in.c.ſi quādo de reſcri.& ibi per Fely.col.vlt.verſi.Geminationes ſcripti.

8 † Et etiā reſcripti geminatio vim habet clauſule non obſtante vt per.D.Ant.de But.in.c.quæ in eccleſiarum col.pen.in verſi.quandoq; eſt dubiū de conſtit.& idem in.c.1.col.4.in verſi.ſaluari poteſt dictū legiſtarū de reſcri.& per Fely.in.d.c.ſi quando & licet cōfeſsio facta abſente parte non probet tex.eſt in.l.ſi certū.§.ſi quis abſente.ff.de confeſſ.glo.in.c.fin.extra de confeſ.& in.l.vnica.C.de confeſſ.Iſtud tamen fallit quando confeſsio eſt geminata tex.eſt vbi Bart.in.d.l.cū ſcimus.C.de agricol.& cenſi.lib.xi.& tradit Gozadi.conſi.ſuo 79.incipiente viſo proceſſu col.vlt.nu.x.

9 † Et geminata verba enūciatiua idem operantur ac ſi eſſent verba diſpoſitiua vt dixit Abb.in.c.cum dilectus in fine de ſucceſ.ab inteſt.& in repet.c.per tuas de arbitr.& eſt caſus ſingularis i.l.1.C.de plus pet.accedat ꝙ geminatio verborum magis explicitam teſtatoris voluntatem oſtendit:vt not.in.l.Baliſta.ff.ad Trebel.& habetur per Deciū conſi.582.incipiente, pro fundamento & conſi.584.incipiente, viſa prohibitione col.2.nu.7.in.3.volu.Et de iſta materia geminatorum verborū

vide

vide latius per Anto. Corſettum in tract. ſuo de verb. geminatis. Iſtis tamen non obſtantibus contrariam partem de iure veriorem eſſe puto, ꝙ immo dicta regula non defendat pẽſionarium licet fuerit in pacifica poſſeſſione, vel quaſi percipiendi annuam penſionẽ per triennium. Nam regula p̄dicta ſemetipſam declarat in illis verbis ex apoſtolica vel ordinaria collatione aut electione. Nam loquitur de beneficiis collatiuis electiuis & ſimilibus, conſtat autem quod penſio non eſt titulus beneficii, nec confertur nec ad illam eligitur aut preſentatur quis, immo morte penſionarii extinguitur in totum, & finitur ſicuti vſuſfructus morte vſuſfructuarii. §. finitur inſti. de vſuſfr. & dixi ſupra. q. 1. & tradit Hieronymus Paulus in libello ſuo quem aliqui vocant practicam cancellariæ fol. 48. & de quo dixi etiam ſupra. q. xii. Cũ igitur verba dictæ regulę non conueniant pẽſioni: ergo nec diſpoſitio illius locum habebit in pẽſione. l. quarta. §. quoties vbi Bart. ff. de dam. infect. l. ita autem in princip. ff. de admi. tuto. vbi Bart. c. indẽnitatibus. §. pen. de elect. in. vi. l hoc accuſare. §. omnibus accuſ. Nec obſtat q; dicebatur ꝙ ſub illo verbo quodcũq; beneficium comprehenderetur penſio per gloſ. in. d. clemen. 2. in verbo quodcunq; de vita & honeſt. cleri. qa reſpondetur, ꝙ illa glo. hoc non dicit, ſolum enim loquitur de penſione quæ in titulum datur nõ autem de ſimplici penſione aſsigna-
10 ta clerico ſuper fructibus beneficii de qua loqmur. †Quinimmo ſententia priuatiua beneficiorum quorumcũq; comprehendit tantum penſiones quę in titulum dantur: ita refert Gomes Rotę auditor tenuiſſe Rotam in commento regulę cancel. de annali poſſeſſor. q. 21. Ad illud vero quod dicebat, ꝙ illud verbum quodcũq; comprehendit etiam illud quod ſm impropriam ſignificationem vocabuli venit reſpondetur ꝙ procedit quãdo ſubiecta materia id patitur: ſecus vbi repugnat. Nam eo caſu generalitas recipit reſtrictionẽ de habilitate. facit tex. in. l. vt gradatim & ibi not. ff. de muner. & honor. & eſt glo. in. §. ſed hæc ſolennia inſtit. de verbo. oblig.
11 †Facit quia licet alš verba intelligi debeant vt aliquid operentur. tñ operari non debent niſi ſm naturam actus de quo agitur vt not. Bal. in rub. C. de contr. empt. in. ix. q. & habetur p Alex. conſil. xxi. incipiente, viſo compromiſſo. col. 3. lib. v. & per Deciũ conſ. 473. incipiente, quærif in effectu col. vlt. verſi. & licet verba in. 3. volu. An aũt dicta regula defendat Rectorem beneficii qui p triennium penſionẽ non ſoluit Gomes auditor Rot. in cõmẽto regulę p̄dictę mouet hanc qõnem & determinat ꝙ non in. q. 50. Quid autem ſit

de regula cancellariæ de anali poſſeſſore an locum habeat in penſione impoſita ſup fructibus bñficii p annũ poſſeſſi. idẽ Gomes in cõmẽto regule prędictę. q. 2 1. determinat ꝙ nõ vide vtrobiq; per eum.

Penſio an ſolui debeat iuxta ualorẽ ducati auri de camera currentem tempore reſeruationis pẽſionis: uel tempore ſolutionis fiende. Qõ. lxxxxviij.

1 *Decima ſolui debet conſiderato valore monete tempore ſolutionis.*
2 *Solutio quæ fieri debet ex lege vel ſtatuto debet fieri ex moneta & valore currenti tempore ſolutionis.*
3 *Statutum & reſcriptum equiperantur.*
4 *Pecunia quando ex vltima voluntate debetur fieri debet ſolutio iuxta valorem monete currentis tempore ſolutionis.*
5 *Quid dicendum ſit in contractibus & ſententijs.*
6 *Debitor penſionis an penſionem ſoluere debeat in ducatis auri de camera vel in moneta currente.*
7 *Penſio reſeruata in ducatis auri i auro de camera nõ põt ſolui in moneta*

NOnageſimo octauo quęro. Iam pluribus annis fuit reſeruata pẽſio ãnua ducatorũ. xxx. auri de camera Titio clerico ſup fructibus alicuius beneficii, & tũc tẽporis ducatus auri de camera valebat minus q̃ nũc valeat: q̃ritur an ſolutio penſionis fieri debeat in moneta habito reſpectu ad valorẽ ducati auri de camera. tpe reſeruationis pẽſionis currẽtẽ, ſiue habito reſpectu ad valorẽ currentẽ tẽpore ſolutiõis fiendę. Iſta qõ eſt frequẽs & de ea pluries fuimus interrogati ꝓpter valorẽ ducati auri de camera q multũ excreuit nõ põdere ſed valore mõnete currẽtis. que videtur decidi poſſe p tex. in. c. olí cãm de cẽſi. vbi dicit ꝙ ſinodati cũ epiſcopo ſolui debet de moneta antiqua q̃ currebat tẽpore cõſtitutiõis vel ſaltẽ ſolui debet extimatio antiquę monetę ſic dicendũ videtur in caſu nr̃o: vel dari & ſolui debere tot aurei de camera eiuſdẽ qualitatis vt erant tẽpore reſeruationis pẽſionis vel ſolui debere in moneta æſtimatio & valor
1 ducati de camera currens tẽpore ſolutionis fiendę. † Idẽ in decima ꝙ ſolui debeat alterato valore monetę nõ ſm tẽpus quo impoſita fuit. Sed cõſiderato valore monetæ tẽpore ſolutionis fiendę vt concludit Paul. de lia zar. in clem. ſi beneficiorũ de decim. vbi ad partes arguit quẽ ſequitur ibidẽ Petr. de anch. & licet Cardi. ibidẽ in. xiii. q. & etiã Io. de imol. dictã cõcluſionem in decima nõ firmẽt tamen

illã tenuit Io.andr.ibi in ſua glo.ſuper verbo currentẽ,hanc etiã cõ-
cluſionẽ in decima tenet Bellenci.in trac.ſuo de charit.ſubſidio. q.
2 87.pro qua adducit. † ꝙ quãdo ſolutio debet fieri ex lege vel ſta tu-
to ſuperioris:moneta currẽs tẽpore legis vel ſtatuti cõditi nõ debet
cõſiderari ſed ea quæ currit tẽpore ſolutionis fiende:allegat ſpecul.
in.tit.de oblig.& ſolut.§.nunc aliqua ad fin.in verſi.pone,in ſtatu-
to qui id tenet per.l.penul.C.qui admitti &.l.2.C.de conſti.pecu.
quẽ Butr.refert & ſequitur in.c.q̃to de iur.iuran.Bal.in.l.illud.C.
de ſacr.ſanct.eccl.& latius roman.in conſi.ſuo.123.incipiente cir-
ca primũ dubiũ vbi dixit idẽ dicendũ eſſe in pecunia quæ debetur
ex reſcripto vel ſuperioris præcepto in qua attendi nõ debet tẽpus
reſcripti vel pręcepti quo ad monetã tunc currentẽ.Sed tẽpus ſolu-
3 tionis fiendę. † Statutũ eni & reſcriptũ æquiparãtur vt not.Inno-
cen.in.c.cauſam quę de reſcri.& videtur ſentire gloſ.in.l.ſi procura-
torem.§.Si ignorãtes in verſi.Igitur.ff.mand.Quãdo autẽ ex ſta-
tuto debetur pecunia vt ſupra dictũ eſt,attẽditur tẽpus ſolutionis
4 ergo idẽ erit quãdo ex reſcripto. † Et idẽ dicendũ eſt ẽm roma.in.d.
ſuo conſi.quãdo pecunia debetur ex vltima voluntate nã etiã tunc
fieri debet ſolutio cõſiderato valore & curſu monetę currẽtis tẽpore
ſolutionis fiendę nõ autẽ tẽpore conditi teſtamẽti: pro quo dicit eſ-
ſe caſum multũ notabilẽ in.l.cũ certũ in verſi.pretiũ præſentis tẽ-
poris.ff.de aur.& argen.lega.Cõtrariũ tamen in teſtamẽto videtur
ſenſiſſe Oldra.in conſi.ſuo.31.incipiente thema tale eſt:quidã vbi
dicit ꝙ ſi quis reliquit in ſuo teſtamẽto libras ducẽtũ alicui & poſt
modum vixerit annis decẽ & alterata eſt moneta ꝙ ſolutio fiet de
moneta vſuali q̃ currebat tpe cõditi teſtamẽti & Oldra.ſequit Abb.
in.c.olĩ cãm.ppe finẽ de cenſi.Iſtã tamen opinionẽ Oldra.reprobat
roma.in.d.conſi.& rñdet ad oĩa adducta p Oldra.dicẽs ꝙ eius inten-
5 tionẽ nõ probãt. † Quid autẽ dicendũ ſit in cõtractibus & ſenten-
tiis cũ nõ ſit pręſentis ſpeculationis nõ pono:videre poteris Oldra.
in.d.conſi.31.Cyn.& alios in.l.in minorũ.C.in quib.cau.in inte-
reſti.nõ eſt neceſſ.ſpecul.in.d.§.nũc aliqua & ibidẽ Io.andr.in addi.
Bart.in.l.Paulus.ff de ſolut.& in.l.cũ qd.ff.ſi cert.pet.Bal.in.l.ſi qs
argentũ.C.de donat.& in.l.acceptã.C.de vſur.& in.l.quicunq; col.
vlt.C.de ſeru fugi.Butr.& alios in.d.c.q̃to de iur.iuran.tex.& glo.
in.c.olĩ & i.c.cũ canõ.de cõſu.Oldr.cõſi.13.cõſi.38.cõſi.168.&
cõſi.250.Alberi ĩ trac.ſuo ſtat.i.1.par.q.142.Imol.poſt Bart.in
.l.penul.§.mancipia.ff.ſolut.matrimo.Doct.in.d.clem.ſi beneficio
rum de decim.& latiſsime per Albert.brunum in tract.ſuo de augu

mento in vltima concluſione principali ad quē recurras in iſta ma/teria tanq̄ ad fontem ſi cupis materiam augumenti monetarum co piose & radicitus videre, erit ergo concluſio in caſu.q.noſtrę, ꝙ ſo/lutio pēſionis fieri debeat habito reſpectu ad valorē ducati auri de camera currentē tēpore ſolutionis fiendæ. Quid autem dicendum ſit quando debitor penſionis fuit in mora nō ſoluendo tēpore deſti/nate ſolutionis, & poſtmodū creuit valor ducati auri de camera vi

6 de per dictū Alber. Brun. loco pręallegato. † An autem debitor pē ſionis teneatur ſoluere in ducatis auri de camera vel in moneta cur/rente. Rota in quadā cauſa hiſpana decilit ꝙ ſolutio pēſionis quæ fit in partibus fieri poſsit in moneta currēte dūmodo tantū valeat. Ita dicit. D. Lodouicus Gomes epiſcopus ſamē. & auditor rotę in comento regul. cancell. de valore exprimen. q. viii. ſubdit tamen ꝙ

7 in curia fit talis ſolutio in ducatis auri de camera. † Vnū tamē nō omitto, ꝙ ſi in literis reſeruationis penſionis eſſet expreſſum ꝙ ſolu/tio pēſionis fieret in ducatis auri in auro de camera ſiue in ducatis auri in auro largis, tunc debitor penſionis cogi nō poſſet ad ſoluen/dum æſtimationē dictorū ducatorū in moneta currēte. Nec ipſe ſol uere poſſet in moneta, vt cōcludūt doct. maxime Martinus de laud. in tract. ſuo de monet. Alber. in. d. tract. de augumēto in. d. q. vltim. col. viii. & Curt. in. l. cū quid. ff. ſi cert. pet.

Translatio penſionis de vno in alium an fieri poſ ſit data pecunia tranſferenti pro translatione ab eo obtinenda. Quæſtio. xcix.

1 *Decima ſoluitur ita de penſione ſicuti de beneficio.*
2 *Illegittimus penſionis non eſt capax ſine diſpenſatione.*
3 *Cauſa penſionis eſt eccleſiaſtica.*
4 *Extinctio penſionis eſt fauorabilis.*
5 *Regreſſum habens ad beneficium dicitur ius ad illud habere.*
6 *Simonia quid ſit.*
7 *Penſio non eſt quid ſpirituale nec ſpiritualitati annexum.*
8 *Penſio vti debitum pecuniarium poteſt remitti in totum vel pro parte ſimpliciter vel ad tempus.*
9 *Penſio redimi poteſt per rectorem beneficij grauati illius onere.*
10 *Penſio contractibus pro ſonis equiperatur.*
11 *Illegittimus non eſt capax feudi ſiue emphitheoſis eccleſiaſtice.*

11 *Ingreſſus religionem facta profeſſione pro mortuo habetur.*
13 *Cauſa penſionis quare agitari non poſſit coram ſeculari iudice.*
14 *Cauſa priuationis beneficij ob non ſolutionem penſionis eſt profana.*
15 *In extinctione penſionis magis verſari poteſt animae periculum cū ſit per pecuniam q̃ in tranſlatione.*
16 *Ius patronatus quare in alium transferri non poteſt accepta pecunia.*
17 *Simonia ita committitur in annexis ſpirituali ſicuti in ipſis ſpiritualibus.*
18 *Simonia eſt dare aliquid temporale pro conſequendo aliquod preambulum ad beneficium.*
19 *Regreſſus ob non ſolutionem penſionis cauſatur ex non ſolutione illius.*
20 *Quod principaliter agitur non quod in conſequentiā venit cōſideratur.*
21 *Creditor eſſe poteſt teſtis in cauſa ſui debitoris.*
22 *Regreſſus ad beneficiū ob nō ſolutionē pēſionis quādo & cui reſeruetur.*
23 *Beneficium eccleſiaſticum pure & ſimpliciter conferri debet.*
24 *Beneficium eccleſiaſticum requirit ſex qualitates.*

NOnageſimonono quæro. Titio clerico venetiarū reſeruata fuit annua pēſio ſuper fructibus redditibus & prouentibus alicuius eccleſiaſtici beneficii cū facultate illā transferēdi in totū vel in parte in vnā vel plures perſonas, vt cōcedi ſępe ſolet per ſedē apoſtolicā. Modo queritur an Titius dictā penſionē in totum vel in parte transferre poſſit in Semproniū recepta ab eo certa pecuniarum ſumma ꝑ facienda trāſlatione prędicta. In iſta quęſtione videtur dicendū ꝙ tranſlatio prędicta nō poſſit fieri recepta pecunia quia ſicuti ſimoniacū eſt dare aliquid tēporale pro cōſequendo beneficio eccleſiaſtico, vt late tradit Abb. in conſi. 47. incipiēte, illud de iure quæritur: in verſi. Quartū conſideratur: facit tex. in. c. cū eſſent. c. quęrelā: &. c. ex diligēti de ſimo. c. veniēs de pact. c. cū pridē. xii. q. 2. c. quicunq;. 16. q. 1. Ita videtur dicendū in pēſione quę ab ipſo beneficio pēdet vt vidimus in præſenti tract. q. 1. & habetur ꝑ Card. in clem. 1. §. eadē de ſupplen. negli. pręlat. Videmus enim ꝙ pēſio in multis regularatur, vt regulantur beneficia eccleſiaſtica, vt patet ex infra dicēdis.
1 † Secūdo pro iſta parte facit: quia videmus ꝙ ſicuti de beneficio ſoluitur papalis decima, ita de pēſione: vt per Bellenc. in tract. de ſubſid. charit. q. 75. Caccialu. in tract. de penſ. q. 17. & late dixi ſupra. q. 59. Itē de pēſione ſicuti de beneficio ſoluitur charitatiuū ſubſidiū, vt diximus ſupra. q. 38. Tertio facit ꝙ ſicuti de beneficio excedente ſummā. 24. ducatorū auri de camera ſoluitur annata in expeditione literarū, ita de pēſione annata ſoluit̃

in expeditione literarum reſeruationis annuæ penſionis, vt vidi-
mus ſupra.q.xxvi.hoc tamen intellige procedere niſi rector benefi-
cii ſuper cuius fructibus eſt impoſita annua penſio, ſoluiſſet inte-
gre annatam. Nam tunc de pẽſione non eſſet ſoluenda.& ita curia
2 ſeruat. †Quarto pro iſta parte facit:quia ſicuti illegittime natus
non eſt capax eccleſiaſtici beneficii ſine diſpenſatione.c.literas de fi
li.presbyter.c.1.eod.tit.libr.vi. Ita pariter ſine diſpenſatione non
eſt penſionis capax, vt vidimus ſupra.q.16.per totam. Quinto
facit: quia ſicuti beneficia ingreſsi religionem ſecuta profeſsione
vacant: ita extinguitur penſio vt patet ex iis quæ diffuſe diximus
ſupra.q.57. Et ſicuti per contractum matrimonii per verba de pre
ſenti vacant omnia beneficia quæ contrahens habebat: ita etiam
per contractum matrimonii extinguitur penſio, vt deciſum fuit ſu
3 pra.queſtione.54.† Sexto facit:quia cauſa penſionis eſt cauſa ec-
cleſiaſtica, nec poteſt agitari coram iudice ſeculari vt de ſe patet:ſi-
cuti nec cauſa iuriſpatronatus agitari poteſt coram ſeculari iudi-
ce.c.quanto de iudi. Septimo facit: quia videmus ꝙ penſio extin
gui non poteſt pro tot anticipatis penſionibus niſi accedente con
ſenſu Papę de quo dixi ſupra.q.87. Ita pariter dicẽdum erit, ꝙ de
vno ad alium penſio accepta pecunia transferri non poſsit Papa
4 inſcio & non conſentiente. †Fauorabilis enim eſt extinctio penſio-
nis:quia per eam vindicatur libertas beneficio & illius rectori quę
eſt res ineſtimabilis.l. libertas. &.l. non eſt.§. infinita.ff. de regul.
iur. tranſlatio autem eſt odioſa: quia penſio eſt ſeruitus quędam
beneficio & eius Rectori vt dixit Caccialup.in tracta.ſuo de penſ.
q.viii.& dixi ſupra.q.45.in verſic. Primo:quia Ex tranſlatione au-
tem inducitur cõtinuatio ſeruitutis quod vtiq; odioſam eſt: vt ſen
tit etiam ℞. Gomes Rotæ auditor in commento regul.cancel.de
infirm.reſignant.q.xvi.vbi dixit, ꝙ admittere tranſlationes penſio-
num ſup beneficiis eccleſiaſticis nihil aliud eſt, q̃ ſeruitutem pro-
pagare. Octauo facit: quia videmus quod ius patronatus quod
etiã laico competit ex gratia ſedis apoſtolice.c.quanto.& ibi glo.
& docto.de iudi. Tamen in alium transferri non poteſt accepta pe
cunia.c.de iure.de iur.patr.& latiſsime per Rocchũ de curt.in tra-
cta.de iur.patr.parte vltima.q.25. Nec poteſt patronus pecuniã
accipere pro preſentatione facienda.& ſi ſecus faciat, ſimoniã com
mittit:ita decidit Abb.in.c.ex inſtitutione & in.d.c.de iure de iur.
patr.& firmat idem Rocc.in.d.trac.ſuo in verbo vtile.q.3. Nono
pro iſta parte facit:quia vt plurimũ de ſtilo Curiæ habẽti reſerua-

tionem pēſionis ſuper fructibus beneficii datur ei regreſſus ad be-
neficiū oneratum penſione ob illius nō ſolutionem qñ debitor pē
ſionis illā non ſoluit infra. 30.dies, & elapſis mēſibus ſex poſt dies
30.predictos pertinaciter ſteterit in cēſuris iuxta formam litera-
rum. Nam eo caſu dicere poſſumus, ꝙ ſicuti pro conſequendo be
neficio dare pecuniam eſt ſimoniacū: ita ſimonia ſit dare pecuniā
pro cōſequēdo eo quod eſt p̄ambulū ad beneficiū conſequendū: vt
not. Ioā. de ana. in. c. 2. penult. Nota: de ſimon. facit tex. in. l. oratio
ff. de ſponſal. Sed clarum eſt ꝙ habere regreſſum ad beneficium eſt
quoddam preambulum ad beneficium conſequendum, vt de ſe pa
tet. Ergo tranſlatio penſionis per penſionarium habentem faculta
tem illam transferendi fieri non poterit recepta pecunia ab eo in
5 quem traſfertur. †Habens enim regreſſum ad beneficium dicitur
ad illud ius habere: vt voluit Aeneas de falconibus in tracta. ſuo
de reſeruatio. in. xlvii. effectu vbi ponit omnes caſus in quibus ac-
quiritur ius ad beneficium inter quos enumerat caſum quando qs
regreſſum ſeu acceſſum habet ad beneficium: vt patet in dicto tra
cta. ſuo loco ſupra allegato verſic. Nonus modus. Et ex premiſsis
videtur dicendum non eſſe licitum pecuniam dare pro obtinenda
tranſlatione penſionis. In contrarium autem faciunt infradicenda.
6 † Primo quia ſimonia dicitur eſſe crimen propter quodcunq; ge-
ſtum vel ommiſſum circa ſpiritualia vel ſpiritualibus annexum a
quo aliquid temporale emolumentum pro ſpirituali non gratui-
te accipiatur vel commutetur: ita ſimoniam diffinit Cardina. in
c. nemo de ſimon. ſequitur Felyn. in Rubri. de ſimon. Hoſtien. au-
tem in rubrica de ſimon. Simoniam diffiniens dicit, ꝙ ſimonia
eſt ſpiritualium vel annexorum ſpiritualibus precedēte pacto pro-
miſsionis conditionis modi ſeruitii precium vel cuiuſuis tēpora-
7 litatis receptio ſiue donatio. †Penſio autem non eſt quid ſpiritua-
le nec ſpiritualitati annexum: immo eſt quid profanum in mera tē-
poralitate conſiſtens, vt patet ex dictis ſupra. q. 1. in preſenti trac.
& dixi ſupra. q. 7. et. q. 16. in princ. & q. 52. verſic. & primo. Hinc
eſt ꝙ etiam laico aſsignari poteſt vt per Bald. Felyn. & alios in. c.
ad audientiam. el. 2. de reſcrip. & dictum fuit ſupra. q. xxi. Ergo da-
te pecuniam penſionario, vt fiat danti tranſlatio penſionis ſimonia
non erit. Et quod penſio quæ reſeruatur ſuper fructibus beneficii
ſit quid mere temporale patet etiam, qa permutari non poteſt cum
beneficio eccleſiaſtico. Dicunt. n. doct. ꝙ eſſet ſimoniaca talis pmu
tatio: quia dareſ temporale hoc eſt pēſio pro ſpirituali: Ita deciđūt

Cardi.Ioan.de imol.& alii in clemen.vnica.§.eadem.de ſupplem.
negli.prelator. vbi etiam Guil.& Egid.& de hoc late dixi ſupra.q.
33.Et ꝙ penſio nil ſpiritualitatis habeat, ſed in mera temporali-
tate conſiſtat faciunt etiam plura alia.Primo,quia regulariter non
venit appellatione beneficii de quo latiſsime dictum fuit ſupra.q.
xxviii. Secundo, quia clericus penſionem habens officium dice-
8 re non tenetur de quo habetur ſupra.q.30.†Tertio facit:quia pē-
ſio vti debitum pecuniarium poteſt remitti in totum vel in parte
ſimpliciter vel ad tempus ſine auctoritate ſuperioris:vt voluit Hie-
ronymus Paulus magnus practicus curiæ Romanę in libello ſuo
intitulato prouinciale omnium eccleſiarum.fol.48.in verſi.quid
penſiones:& Cardin.Alexandrin.in.c.Agato.64.diſtinc.& de hoc
9 diffuſe ſatis dictum fuit ſupra.q.45.†Quarto facit:quia penſio
redimi poteſt per Rectorem beneficii,ſuper cuius fructibus fuit i-
poſita pro certis anticipatis penſionibus.& iſtud approbarũt Ro-
mani Pōtifices,vt copioſe deduxi ſupra.q.87.Quinto facit:quia
penſio morte penſionarii non vacat.nec impetratur, ſed extingui-
tur,ſicuti vſufructus morte vſufructuarii.§.finitur inſtit.de vſufr.
10 l.antiquitas.C.de vſufr.& dixi ſupra.q.xii.†Sexto facit:quia pen-
ſio contractibus profanis equiparatur,vt dixit Gomes Rotę audi-
tor in commento regulæ cancel.de infirm.reſignan.q.xvi.in verſic.
Nam penſiones allegat Romanum in conſi.339.col.4.Et tenen-
do iſtam partem quod ſimonia non committatur dādo pecuniam
pro obtinenda tranſlatione penſionis ad allegata ſupra in contra-
rium reſponderi poteſt.Primo non obſtat,ꝙ ſicuti pro obtinendo
beneficio eccleſiaſtico ſi datur aliquid temporale ſimonia commit-
titur. Idem videtur dicendum in penſione quę a beneficio depen-
det:quia clarum eſt ꝙ penſio eſt quid mere profanum vt dictū fuit
ſupra.& hinc eſt ꝙ non poteſt cum beneficio eccleſiaſtico permuta-
ri per ſupradicta.Nec obſtat ſm ꝙ ſicuti de beneficio ſoluitur deci-
ma Papalis,ita de pēſione:quia id eſt ex eo ꝙ decima imponitur ꝑ
reſpectum ad fructus beneficii non reſpectu ſpiritualitatis.hinc eſt
ꝙ penſionarius pro rata penſionis decimam ſoluere tenetur: quia
penſio eſt certa portio a beneficio ſeparata & impoſita ſuper bonis
tpalibus beneficii.faciunt dicta ſupra.q.1.et.q.7.Nec ſilr obſtat
tertiū dum dicebatur,ꝙ annata ſoluitur ita de penſione ſicuti de be-
neficio:qa annata ſoluitur ꝑ reſpectū ad fructus beneficii.hinc eſt
ꝙ penſionarius qui partē fructuum ꝑ reſpectum penſionis ex bene-
ficio capit ad annatā tenetur.faciunt dicta ſupra.q.26.Ad quartū

ꝙ illegittimus

ꝙ illegittimus non ſit capax penſionis ſicuti non eſt capax benefi/cii ſine diſpenſatione, Reſpondetur, ꝙ non propterea ſequitur ꝙ pẽſio ſit eccleſiaſticum beneficiũ, vel quod habeat aliquid ſpirituali/
11 tatis annexum. † quia videmus ꝙ illegittimus non eſt etiam ca/pax feudi, neq; emphitheoſis eccleſiæ ſine diſpenſatione, vt eſt text. & ibi doctores in.c.naturales. in titul. ſi de feud. fuer. contro. in vſibus feudo. Bald. in.l. generaliter.§. cum autem. C. de inſtit. & ſubſtit. Alexand. in.l. ex facto.§. ſi quis rogatus. colum. 12. ad tre/bel. & in.l. ſi pepercerit. colum. 2. ff. de liber. & poſthum. & late per Matteũ de afflict. in dicto. c. naturales. Et tamen nemo dixerit feu/dum & emphitheoſis aliquid ſpiritualitatis habere. Nec minus obſtant adducta in quinto fundamento contrario: quia & ſi pen/ſio per ingreſſum religionis facta profeſſione & per contractum matrimonii vacet ſicuti beneficium. id eſt non ex eo ꝙ ſit eccleſia/
12 ſticum beneficium. † Sed ex eo eſt, quia ingreſſus religionem fa/cta profeſſione habetur pro mortuo quo ad mundum. l. deo no/bis. C. de epiſco. & cler. c. placuit. 2. quæſtione, 1. §. illud in auct. de monach. & morte penſionarii penſio extinguitur, vt dictũ fuit ſupra. Ad illud ꝙ ſicuti beneficia vacant per contractum matri/monii: ita extinguatur penſio, ſimiliter reſpondet̃, ꝙ ideo eſt: quia clericus matrimonium contrahens deſinit eſſe clericus & priuile/gium clericale amittit in omnibus præterquam in duobus de qui/bus. in.c. 1. de cleric. coniugat. in. vi. Iſtud tamen ꝙ clericus ſi ma/trimonium contrahat, penſio extinguatur qualiter, & quibus ca/ſibus procedat vide ſupra. q. 54. per totam. Ad ſextum ꝙ cauſa penſionis ſit eccleſiaſtica, nec agitari poſſit coram iudice ſeculari, reſpondetur ꝙ non valet conſequentia, ergo eſt ſpiritualitati anne/xa, vel eſt beneficium eccleſiaſticum. patet: quia cauſa fructuum beneficii eſt profana non beneficialis: vt not. in.c. 2. vt lite pend. in. vi. Idem eſt quando agitur ſuper penſione, cum penſio ita ſe ha/beat reſpectũ fructuum, ſicut vſufructus reſpectu proprietatis. c.
13 fina. de pignor. c. quicunq;. xii. q. 2. † Agitur autem coram eccle/ſiaſtico non coram ſeculari: quia data eſt per literas apoſtolicas & ex conceſſione Papæ, & non ſoluenti cenſurarum eccleſiaſticarum pœna ingerit̃ & ſucceſſiue priuationis beneficii pœna iponitur pẽ/ſionario ſi p ſex menſes cõputandos a die lapſus dierum. 30. dato/rum ad ſoluendũ non ſatisfecerit, quorum oĩum eſt incapax iudex ſecularis p not. in.c. decernimus de iudi. cum vulgaribus merito iu/dex ſecularis de his cauſis ſe ingerere non põt. ſnĩa. n. excõicationis

per iudicem ſecularem quia ordines nõ habet fieri non poteſt glo-
& Panormit.in.c.dilecta.de maior.& obedien.eſto etiam, ꝙ cauſa
14 priuationis beneficii.†Ob nõ ſolutionem penſionis ſit profana &
non beneficialis vt not.in clemen.diſpendioſam. de iudi.Ita dixit
etiam Gomes Rotæ auditor in commento regulę cancellariæ de
triennali poſſeſſore non moleſtañ.queſtione. 5 0.verſic. Circa ter-
tiam,Non obſtat quod ſeptimo loco dicebatur ꝙ penſio extingui
non poteſt pro tot anticipatis penſionibus niſi accedente conſen-
ſu Papæ:quia magis periculoſa videtur extinctio q̃ tranſlatio pen-
ſionis.Nam per extinctionem videtur eſſe aperta via vendendi be-
neficia: quia volens beneficium vẽdere,& hoc tractato & conuen-
to, poterit illud renunciare in manibus Papę ad fauorem illius cũ
quo conuenit reſeruata ſibi annua penſione quam demũ is qui be-
neficium fuerit aſſecutus extinguere poſſet precio inter eos conuẽ-
to,quod eſſet fetida ſimonia,vt dixi etiam ſupra.q.87.Hinc eſt ꝙ
cum in extinctione penſionis maius verſetur periculum, cautius
eſt agendum.c.vbi periculum de elec.in.vi.& propterea requiritur
ibi conſenſus Papę quo accedente purgatur omnis ſuſpitio ſimo-
15 niæ per not.per glo.in.c.cũ pridẽ in verbo licite de pac.†Et licet ex-
tinctio videatur fauorabilis eccleſię,tranſlatio vero pẽſionis odio
ſa per ſupradicta in dicto ſeptimo contrario:tamen in extinctione
verſari poteſt certius animę periculum per ſupradicta q̃ in tranſla-
tione. & hoc eſt attendendum: quia anima eſt cunctis rebus ante-
ponenda.l.ſancimus in fine.C.de ſacr.ſanct.eccleſ.c.vt animarum
16 de conſtit.in.vi.†Octauo dum dicebatur ꝙ ius patronatus quod
in laicum cadit non poteſt accepta pecunia in alium transferri:
Nec minus accipi poteſt pecunia pro preſentatione faciẽda:reſpõ-
de quod ius patronatus licet laico conceſſum habet annexam ſpi-
ritualitatem:vt habetur in.c.quanto de iudi.vbi per gloſ.& doct.
Hinc eſt ꝙ pecunia de vna perſona ad aliam transferri non poteſt.
allegato.c.de iure.de iur.patr.& per Roccum late in.d.trac.ſuo de
iure patro.in vltima parte.q.25.bene tamen tranſit iuſpatrona-
tus quod quis habet in aliqua villa ſi illam villam vẽdat in empto-
rem illius ville.c.ex literis & ibi doct.de iur.patr.vbi Cardin.q.xi.
& de hoc videre poteris late per dictum Roccum in ſuo tracta.de
iur.patron.q.23.in vlti.parte.Nec mirum eſt ſi dicitur ꝙ ſimonia
eſt dare pecuniam patrono pro conſequenda ab eo preſentatione.
17 †quia ſimonia ita committitur in annexis ſpiritualibus,ſicut in ip-
ſis ſpiritualibus,tex.eſt in.c.ex inſinuatione.& in.d.c.de iure.de iu-

re patr.ſed pſentatio eſt annexa ſpiritualitati ſicuti & ipſum iuſpa/ tronatus vt probatur in.c.ꝑterea de tranſact.& ibi Abb.in.1.not. & idem Abb.in.d.c.quanto.2.col.de iudi.eſt.n.preſentatio ꝑam/ bulũ ad inſtitutionẽ & ſic ad ius ſpirituale obtinendũ.c.quod autẽ in verbo incoatũ de iur.pat.hinc eſt ꝙ licitũ non erit dare pecuniã pro ea obtinenda.ſed pẽſio nil penitus ſpiritualitatis in ſe habet.er go pecuniã dare pro obtinenda illius tranſlatione non videt̃ prohi bitũ.Nono dũ dicebatur,ꝙ tranſlatio penſionis fieri non poterat pecunia ex eo ꝙ ex ipſa tranſlatiõe transferebatur ẽt ius regrediendi ad beneficiũ ob non ſolutã penſionem quod ius regrediendi trãſfe/ rebat ius ad rem & ſic ad beneficiũ ipſum oneratũ penſionis onere.

18 †Et ſicuti ſimonia eſt dare pecuniã vel aliud quid tẽporale pro con ſequendo beneficiũ,ita erit ſimonia pro conſequẽdo illud quod eſt ꝑambulum ad beneficiũ conſequendũ iuxta not.p Io.and.in.c.2. penult.not.de ſimon.ad quod facit tex.in.l.oratio de ſponſal.ff.ſed ex trãſlatione penſionis regulariter ſimul cũ ipſa tranſlatione quis cõſequitur ẽt regreſſum ad beneficiũ penſione oneratũ ob illius nõ ſolutionẽ.Ergo dare pecuniã pro obtinẽda trãſlatione videtur eſſe ſimoniacũ.Rñdetur ꝙ ſicuti licitum non eſt pecunia accepta ius patronatus in alium transferre ex eo quia habet admixtã ſpiritua/ litatem per ſupradicta,ita non erit licitum dare pecuniam pro con ſequendo regreſſu ad beneficium ex regula.d.l.oratio de ſponſal.ff. quia vt probat̃ ibidem cum quid ꝓhibetur cenſentur omnia ꝓhibi ta p quę ad illud ꝑueniť.Sed ſicuti ius patronatus in conſequentiã venit vendita villa & ſic bonorũ vniuerſitate in qua ſit ius patrona tus competens ipſi venditori & p talem venditionẽ.Non obſtantẽ ꝙ annexam habeat ſpiritualitatẽ tranſit in emptorem dũmodo de eo non fiat mentio in vẽditione vt tradunt doct.in locis ſupra alle/ gatis:ita dicendum erit in caſu noſtro facta trãſlatione pẽſionis pe cunia accepta quę penſio conſiſtit in mera tẽporalitate:vt in cõſe/ quentiã transferat̃ ius regrediendi abſq; vitio ſimoniæ per ſupradi

19 cta.†Comprobat̃ hęc opinio ex eo quod ius regreſſus non cauſat̃ immediatę ex pẽſionis tranſlatione ſed cauſatur ex pertinacia non ſoluentis penſionem iuxta formã literarum reſeruationis illius, & ſic regreſſus non cauſat̃ ſimpliciter ex ipſa trãſlatione ſed in quãdã

20 conſequentiã Rectore beneficii non ſoluẽte penſionẽ.†Illud autem quod principaliter agitur nõ quod in conſequẽtiam venit cõtem/ platur facit tex.in.l.qui teſtamento in princip.ff.de teſtamen.cum ibi not.& in.l.ſi quis.ff.de rebus dubiis.& in.l.dictantibus.C.de

teſtamen. vbi legatatarius in cauſa teſtamenti poteſt eſſe teſtis: q̄a principaliter non diſputatur de ſuo legato: licet in quandam conſequentiam illa cauſa concernat cõmodum legatarii, vt declaratur per Cyn. & Bal. in. l. oĩbus. C. de teſtam. †Et iſta rõne dicebat Iaco.
22 Butr. & Angel. in. l. non ſolũ. §. queritur. ff. de procur. ꝙ licet creditoris interſit habere debitorem ſuum locupletem: tamen in cauſa ſui debitoris poterit teſtimonium ferre vide ad hoc Alexã. conſil. 78. incipiente in cauſa & lite. colum. 1. in. 1. volumine: & tanto magis non debet eſſe in conſideratione regreſſus ob non ſolutionem penſionis in caſu noſtro: quia habet ſe ad eſſe & non eſſe prout Rectori beneficii placuerit ſoluere vel non ſoluere penſionem ad quã tenetur. quinimmo ſemper preſumendum eſt, ꝙ ſoluere velit ne incidat in pœnam priuationis, cum nemo ſuum iactare & velle perdere præſumatur. l. cum de indebito. ff. de probatio. Nec eſt veriſimile vt quis perdere velit beneficium multis forte expenſis & laboribus acquiſitum, vt inquit tex. in. c. ſuper hoc. §. 1. de renunc. †Sciendũ tamen eſt ꝙ regreſſus ad beneficium penſionis onere grauatum ei reſeruari ſolet qui ipſum beneficium reſignauit: reſeruata ſibi annua penſione vel illi q̄ ceſsit iuri liti & cauſę ad fauorem collitigantis reſeruata ei penſione annua ne ex ceſsione ipſa nimium diſpendium patiatur. Quibus caſibus concedi ſolet regreſſus ob non ſolutionem penſionis, in aliis autem caſibus ob non ſolutionem penſionis, apponitur pœna priuationis beneficii vt ſtilus & practica Romanæ curię nos edocet: Ex prædictis videtur de iure concludi poſſe ꝙ ſimoniacum non ſit pecuniam dare penſionario habenti facultatem transferendi penſionem pro obtinenda tranſlatione penſionis. quam cõcluſionem intellige ſane procedere in ſimplici penſione, ſiue illa habeatur ex cauſa oneroſa, vtputa ex cauſa reſignationis beneficii vel ceſsionis iuris & litis: ſiue ex cauſa lucratiua. Secus autem eſſet in penſione quæ clerico ea lege aſsignatur, vt ſit de cætero eccleſiaſticum beneficium iuxta not. per Abb. & alios in. c. conquerente de clericis non reſidenti. Talis eſt penſio eſt eccleſiaſticum beneficium, vt dixi in preſenti tracta. q. 1. et. q. 21. et. q. 28. Nam ſi pro obtinenda iſta penſione detur pecunia ſimoniacum erit vt concludit Abb. in dicto conſi. 47. incipiente, il
23 lud de iure quęritur in verſi. Quartum conſideratur. †Vbi dixit ꝙ de beneficio eccleſiaſtico prouideri debet pure & ſine pacto vel cõditione & non pro alio commodo temporali al's committeretur ſimonia. c. q̄ pio. 1. q. 2. c. final. de pact. c. conſulere de ſimo. Nec debet

debet eſſe vis ĩ nomine dũmodo adſint qualitates alias requiſitę ĩ n beneficio eccleſiaſtico, nã habens illas qualitates ſiue appelletur beneficium ſiue officiũ, ſiue poſſeſsio, ſiue prẽſtimoniũ, vel pẽſio nil refert; adducit tex. in. c. poſſeſsiones. 16. q. 1. & in. d. c. cõquerẽte. & in. c. ſaluator. 1. q. 3. q a ex nominũ diuerſitate nõ diuerſificatur rei ſubſtãtia: ex cuius verbis a cõtrario ſenſu colligitur, ꝙ quãdo pẽſio nõ habet qualitates requiſitas in beneficio eccleſiaſtico, ſi conceda

24 tur adhibita pactione alicuius rei tẽporalis nõ eſt ſimonia. † Qualitates autẽ prædictæ quę in eccleſiaſtico requiruntur beneficio ſex ſunt prima: quia nõ niſi per epiſcopũ vel prælatum eccleſiaſticũ poteſt de eo prouideri de iure cõmuni licet quãdoq; ad laicũ pertineat prẽſentatio. c. 3. de iur. patro. Innoc. in. c. ſicut de elect. Secũda qualitas ꝙ is qui prouidere habet illud ſibi retinere nõ poteſt vt in. c. final. de inſtit. facit quod notatur in. c. relatũ de prẽben. Tertia qualitas eſt quia de ipſo nõ poteſt prouideri niſi clerico. c. cũ adeo de reſcrip. c. ex literis de trãſac. c. 2. de inſti. Quarta qualitas eſt: quia habet aliquid ſpiritualitatis annexũ, vel cui annectitur: vnde propter diuinũ officiũ datur: eccleſiaſticũ beneficiũ: vt in. c. final. de reſcrip. in. vi. c. ſi quis ſacerdotũ. 81. diſtinc. Quinta qualitas eſt, quod eſt perpetuũ hoc enim propriũ eſt beneficiorũ eccleſiaſticorum. lxx. diſtinc. c. ſanctorũ. c. penul. de cleri. ægrotan. not. in. c. ſi gratioſe de reſcri. in. vi. Sexta qualitas eſt ꝙ debet de eo. pure ſimpliciter & ſine vlla pactione vel promiſsione tẽporali ſiue alio comodo prouideri, vt ſupradictũ fuit. Iſte autẽ qualitates ceſſant in ſimplici pẽſione: ideo videtur cõprobari ſupradicta concluſio ꝙ ſimoniacũ nõ ſit dare pecuniam pro obtinenda tranſlatione pẽſionis; Cõſulerem tamen ne id fieret quia bonarum mentium eſt ibi culpã timere vbi culpa nõ eſt: quinimmo vbi animę periculum timetur, ſemper etiam durior pars quę animę fauet tenẽda eſt; in. c. iuuenis de ſponſ. c. 2. §. Item ſi de pœniten. diſtinct. vii. c. ſicut. 14. diſtinc. & honeſtati repugnare videtur, ꝙ penſio quę eſt onus & ſeruitus quædam ipſi beneficio ſuper cuius fructibus eſt impoſita pecunia aquiratur.

Exceptiões quæ & quales opponi poſsint corã executore literarũ reſeruatiõis pẽſionis corã quo pẽſionarius petit penſionẽ ſibi ſolui. Qõ vltima.

1 *Exceptio ſolutionis opponi poteſt coram executore penſionis.* 1

2 *Exceptio pacti de non petendo opponi poteſt coram eodem.* 2

T

3 Pactum de non petendo geminatum tollit obligationem ipſo iure.
4 Clauſula geminata maiorem habet efficatiam.
5 Geminatio quid & quando operetur diuerſis caſibus.
6 Exceptio compenſationis opponi poteſt contra petentem penſionem.
7 Exceptio extinctionis penſionis opponi poteſt contra eundem.
8 Exceptio extinctionis penſionis opponi poteſt ſiue ſit extincta auctoritate ſuperioris ſiue non.
9 Exceptio ꝙ pẽſio fuit reſeruata ſine conſenſu rectoris beneficij opponi poteſt contra petentem penſionem.
10 Dictio nullatenus importat actus nullitatem ipſo iure.
11 Exceptio falſitatis literarum obſtat penſionario.
12 Exceptio ꝙ ſecunda penſio non valet quia de prima mentionem non fecit opponi poteſt coram executore.
13 Literæ reſeruatiõis pẽſionis de ſtilo curię regulãtur vti litere bñficiales.
14 Executor datus vigore literarũ ſurreptitiarũ ſi ꝓcedat nulliter procedit.
15 Exceptio ꝙ modus & conditio ſub quibus eſt aſſignata annua penſio nõ fuerunt adimpleti opponi poteſt.
16 Exceptio fructuũ non recollectorũ obſtat agenti ad pẽſionẽ cõſequẽdã.
17 Exceptio excõicationis opponi poteſt penſionario.
18 Exceptio excõmunicationis etiam coram mero executore ſententiã exequente opponi poterit.
19 Exceptio excõicationis opponi poteſt etiam corã iudice ſeculari.
20 Exceptio defectus iuriſdictionis opponi poteſt executori penſionis.
21 Exceptio defectus iuriſdictionis nunquam tollitur per ſtatutum excludẽtem omnes exceptiones.
22 Nullitas notoria præualet ſententiæ ſuper executione latæ.
23 Exceptio falſitatis quæ incontinenti probari poteſt admittitur contra inſtrumentum depoſiti.
24 Exceptio quæ non eſt notoria neq; incontinenti probari poteſt non admittitur contra executionem ſententię.
25 Executor an poſſit recuſari ſuſpectus.
26 Incontinenti probari quando aliquid dicatur.

CEnteſimo quęro, quas exceptiones opponere poterit Rector beneficii grauati penſionis onere coram executore ſeu ſub executore literarum reſeruationis annuæ penſionis coram quo
1 conuenitur ad ſolutionem penſionis. † Et dicendũ eſt, ꝙ primo opponere poterit exceptionẽ ſolutionis, cum ſolutione eius quod debetur omnis tollatur obligatio Inſti. quib. mod. tol. oblig. in princ.

Talis enim exceptio etiã ſi per ſtatutũ tollantur omnes exceptiões nõ eſt ſublata: vt not. Angel. in. l. & nõ tantũ. §. quod ſi pro emptor. ff. de petit hęredit. Alex. conſi. 113. incipiẽte, viſo col. 2. in. v. volum. Anch. conſi. 270. incipiente, ex verbis circa finẽ. Decius conſi. 317. incipiẽte, viſis quæ acutiſsime col. 2. in princ. in. 2. volum.

2 † Secundo opponi poterit exceptio pacti de non petendo quæ ſolutioni æquipollet, immo ex tali pacto inducitur donatio rei quamquis pactus eſt nõ petere. l. ſiquis obligatione, in princ. ff. de regul. iur. Bart. & Io. de imol. in. l. aquilius. ff. de donat. Alex. in. l. creditori. C. de pact. & habetur per Inſignem doctorem dominum & præceptorem meum colendiſsimũ Dominũ Guilielmũ pontanũ a quo ius ciuile per quinquenniũ audiui in almo peruſino Gymnaſio in. l. eadem. §. Cato. verſi. contra quam opinionem numero. 13. ff. de

3 verb. obligat. & per Decium in. d. l. ſiquis obligatione. † Et licet alias per tale pactum de non petendo non tollatur obligatio niſi per viam exceptionis: tamen quando tale pactum eſt geminatum obligatio tollitur ipſo iure: vt voluerunt Angel. & Paul. de caſtro in. l. legittima. ff. de pact. hoc enim operatur natura geminationis. Nam videmus ꝙ Geminata verba ampliant effectum & plus operantur.

4 Archid. in. c. ab eo de appell. in. vi. Bal. in. l. fructus. C. de actio. † Et geminata clauſula maiorem habet efficaciam & geminata & multiplicata verba plus operantur. Bal. in. l. pręcibus. C. de impuber. & ali. ſubſti. verſi. nunc vlterius procedo. Curtius ſenior in conſi. 49. incipiente, memorię recolendę. nu. 55 & verba geminata & multiplicata deſignant pręciſam mentem diſponentis Bal. in. c. eã tę col. 2. de reſcri. & habetur per Curtiũ ſupra allegatũ conſi. 53. incipiente, ſuper articulo col. 1. nu. 5. & Idẽ conſi. 60. incipiente Dux Phi-

5 lippus nu. 13. & conſi. 167. incipiente ſapienter nu. 60. † Et quid & quando in diuerſis caſibus operetur geminatio vide etiã Gozadinum conſi. 79. nu. x. conſi. 17. nu. 18. conſi. 23. nu. 8. conſi. 30. nu. 3. conſi. 52. nu. 2. conſi. 40. nu. 9. conſi. 1. nu. 37. conſi. 4. nu. 25. conſi. 51. nu. 34. & conſi. 74. & Claudiũ de ſeiſello in. l. baliſta. ff. ad Trebellei a. & plura ponit ad hoc Corſettus in tracta. ſuo de

6 verbis geminatis & de hoc dixi etiam ſupra. q. 97. † Tertio opponi poterit exceptio compenſationis. Nam & compenſatio vim ſolutionis habet Bart in. l. amplius non petetur col. penul. ff. rem ratam habere. Et quãdo ſtatutum non permittit opponi poſſe aliã exceptionẽ quã ſolutionis, tamẽ cõpenſatio admittitur. Ita cõſuluit Angel. conſi. 209. incipiente, quidam nomine Alex. conſi. xii. colu.

penult.in. z.volumine.de hoc tamen dic vt late dixi ſupra.q.9 z.
vbi examinaui hunc articulum An & quando compenſatio locũ
7 habeat in materia iſta penſionis ad quę dicta me refero. † Quarto opponi poterit exceptio extinctionis penſionis factæ de partiũ conſenſu ex hoc enim apparet de notorio non iure penſionarii petentis ſibi penſionem ſolui quod quidem excludit agentem ſiue petitorio agat ſiue etiam agat poſſeſſorio recuperãdę: vt notat Butr. in.c.ex literis.colum.x.de reſti.ſpoliat.vbi alii & Innoc.in.c.conſtitutus.de fil.presbyt.Alex.in.l.naturaliter.§.nihil cõmune.col.xvi. verſi.x.fallit.ff.de acquir.poſſ.Idem Alex.in conſi.77.incipiẽte,in cauſa & litę col.penul.in.z.volu.Oldr.conſi.1.rota deciſ.vii.deci. 345.& deciſ.626.in antiqs hic eſt ꝙ q beneficiũ renunciauit non põt poſtea agere ſup ſpolio:qa agẽti ſup ſpolio obſtat exceptio ſpõtaneę reſignationis.c.accepta de reſti.ſpol.per ceſsionẽ enim beneficii quis perdit dominium & poſſeſsionẽ Innoc.in.c.ſuper hoc de renunt. Ioã.andr.Imol.& Abb.in.c.ſolitæ de reſti.ſpoliat.& vide per Caſſad.deciſ.4.in tit.de reſtit. ſpol.hoc tamẽ quod de reſignatione beneficii dicitur,intellige procedere dummodo reſignatio beneficii facta fuerit in manibus illius qui auctoritatem habebat recipiendi illam,alias ſecus.Ita dixit rota deciſ.3.incipiẽte,quidam primus: in rubrica de renunt.in recollectis Biſgnetti & tradit Alexand.in cõ
8 ſilio.118.incipiente,in cauſa & litę,in primo volu. † Et iſta exceptio extinctionis pẽſionis opponi poterit,ſiue talis extinctio facta fuerit auctoritate ſuperioris,ſiue non,cum poſsit etiam fieri per ipſum penſionariũ ſine auctoritate & ſcientia ſuperioris,vt dictum fuit ſupra.q.45.per totam:niſi eſſet penſio reſeruata clerico ſignanter pro alimentis,quo caſu ſine ſuperioris & iudicis auctoritate extingui non poſſet nudo conſenſu penſionarii,vt dixi in.d.45.quæſtio
9 ne circa finem:vbi videre poteris. † Quinto opponi poterit exceptio nullitatis & inualliditatis literarum reſeruationis penſionis, quando ex illarum tenore apparet ꝙ penſio reſeruata fuit ſine conſenſu Rectoris beneficii illius onere grauati.Nec eſt derogatum re
10 gulę cancellarię de conſenſu præſtando. † Tali enim caſu huiuſmodi literæ ſunt ipſo iure nullæ propter dictionem nullatenus de qua in prædicta regula:quæ dictio importat nullitatem ipſo iure: vt not.Domi.in.c.Romana.§.penul.de appel.gloſ.in clem. prima in verbo nullatenus de ſequæſtr. poſſ. & fructu. Decius conſilio. 110. incipiente viſis diligenter col. prima in ſecundo vo
11 lum. & de hoc dixi latius ſupra.q.x. † Sexto opponi poterit exceptio

ceptio falſitatis literarum;nam talis exceptio etiam corã mero exe
cutore opponi poteſt:vt voluit Domi.i.c.ſicut col.penult.2.q.1.
vbi dixit ꝙ merus executor poteſt cognoſcere de exceptione falſita
tis reſcripti:allegat tex.in.c.ſuper eo,de crim.falſ.vbi Ioã.de anna.
poſt principium dicit,ꝙ merus executor admittere debet exceptio-
nem nullitatis reſcripti quod etiam voluerũt Hoſtien.Imol.& alii
in.c.cum contingat in vltima col.de reſcri.Felyn.in.c.de cetero col.
12 2.in fine de ſent.& re iudic.in verſi. Ad illud. † Septimo opponi
poterit de nullitate & inualiditate literarum reſeruationis pẽſionis
factę ſuper fructibus redditibus & prouentibus alicuius beneficii
alia anteriori penſione grauati,de qua non fuit facta mentio in lite
ris quarum executionem penſionarius petit coram ſuo executore:
tali enim caſu penſio ſecũda nõ faciens mentionẽ de prima eſt ipſo
iure nulla,vt decidit Caſſadorus rotę auditor in ſuis deciſionibus
ſuper regul.cancellarię deciſ.3.in rubri.de penſioni.de quo ad ſatu-
13 ritatem dixi ſupra.q.29. † Facit ad hoc: quia littere reſeruationis
penſionis de ſtilo curię regulantur ſicuti literę beneficiales quę ſur-
reptitię ſunt ipſo iure nullę.c.ad audientiam el.2.de reſcri.& ibidẽ
Innoc.Ioan.and.Abb.& alii maxime Fely.diligẽtiſsimus & copio
ſus comentator in penul.col.in verſi.literæ beneficiales, & not.idẽ
Innoc.in.c.ad aures:& in.c.conſtitutus eo.tit.de reſcri. Idem pro-
batur in clem.1.de pręben.& in.c.ſi motu proprio de præben.in.vi
Idem tenet Oldra.conſi.viii.incipiente,quod proceſſus,& conſilio
257.incipiente factum tale col.viii.Cald.con.13.in tit.de reb.ec
cle.non alienan.Card.conſi.33.incipiente,in hac dubia quæſtiõe
ad finem:& idem erit dicendum in literis reſeruationis annuæ pen-
14 ſionis per ſupradicta. † Quinimmo ſi executor datus vigore taliũ
literarum ſurreptitiarum procederet quicquid ageret eſſet nullum:
tex.eſt in.c.cum in noſtris de cõceſſ.pręben.per quem tex. Ita dixit
15 Fely.in.c.fina.col.vlt.quæſtione penult.de præſumpt. † Octauo
opponi poterit ꝙ penſio fuit aſsignata ſub modo vel conditione &
modus vel conditio verificationem non acceperunt ſi enim modus
vel conditio ſunt in literis expreſsi,tunc illis non verificatis rector
beneficii penſionem ſoluere non tenetur. Ita decidit Caſſador.rotæ
auditor deciſ.decima in titu.de reſcri.vbi hunc articulum examinat
eum videre poteris:& ratio huius exceptionis eſt: quia licet prohi-
beatur etiam per ſtatutum ꝙ aliqua exceptio opponi non poſsit,
intelligitur tamen dummodo conditio ſub qua contractum eſt de-
bitum ſit adimpleta:vt tradit Bal.in.l.ſi cauſam circa finem.C.de

execut.rei iudi.Imol.in.l.fina.col.x.ff.a quib.appel.non licet Bal. in.l.ẽt.col.1.& in.l.2.C.de execut.rei iudic.Alex.conſi.xx.incipiẽ
16 te,viſo proceſſu.col.2.in.vi.volu.†Nono opponi poterit ꝙ rector beneficii qui aſtringitur ad ſoluẽdam penſionem eo.anno pro quo ſoluere compellitur ab executore nullos fructus percepit vel ſaltim tenuiſsimos ex beneficio grauato pẽſionis onere.Nã tali caſu cõiter doct.tenent ꝙ penſionẽ ſoluere nõ teneat,vt copioſe examinat Felyn.in.d.c.ad audientiã.el.2.de reſcrip.& dictũ fuit ſupra ad ſaturitatẽ in.62.q.et.q.77.in verſic.iſtam concluſionẽ limita & ad
17 ibidẽ dicta me remitto pro veritate iſtius nonę exceptionis.†Decimo opponi poterit,ꝙ pẽſionarius qui corã ſuo executore penſionẽ petit ẽ excõicatus:quo caſu executor illũ repellere debet.c.exceptionem de exceptio vbi doctor.magis cõiter tenent ꝙ etiã reo volente iudex nõ debet admittere excõicatum ad agendũ quod etiã poſt alios tenuit in.d.c.exceptionẽ Dñs Petrus Paulus pariſius nunc Car
18 dinalis meritiſsimus col.ante penul.in verſi.circa prędicta.†Et huiuſmodi exceptio opponi poteſt etiã corã mero executore ſententiã exequente & executionẽ ipſam impedit gloſ.in.c.ſicut.2.q.1.& ibi Domi.eſt enĩ exceptio quæ cõcernit in habilitatẽ agentis quę nũꝗ cenſetur excluſa per generalẽ excluſionẽ exceptionũ,argumẽto glo. in clem.1.de ſequeſtr.poſſ.& fruct.Butr.in.c.licet de elect.Bal.in.l.
19 ſi quis filio.§.ſi quis.ff.de iniuſt.rupt.& irrit.fac.teſta.† Vnũ notatu dignũ nõ omitto,ꝙ nedũ corã mero executore,ſed etiã corã ſeculari iudice opponi poteſt cõtra agentẽ exceptio excõicationis gloſ. eſt notabilis in.l.1.C.de iur.& fact.ignor.quã gloſ.reputat ad hoc ſingularẽ Rafael fulgo.& illã ad hoc adducit Bal.in.c.cũ cõtingit de dol.& contu.& in.c.intelleximus de iudit.Idẽ voluit Bal.i.l.quoties.C.de iudi.& ad hoc facit tex.in.c.final.de except.in.vi.& tex.in .c.poſtulaſti de homi.vbi fuit oppoſita excõicatio corã rege quem tex.ad hoc põderat Ioan.de anna ibi in.1.no.ad idẽ Gemini.in.c. .1.§.2.col.5.de except.in.vi.& tradit Iaſon in.l.1.nu.9.C.de iur. & fact.ignor.& in.l.placet in fine in lectura paduana.C.de ſacro.
20 ſanct.eccl. † Vndecimo opponi poterit ꝙ executor iuriſdictione caret nã nullitas quę ex defectu iuriſdictionis ꝓuenit opponi põt etiã contra tres:ſententias cõformes cõtra quas regulariter non poteſt opponi aliqua exceptio donec nõ fuerint executę,clem.1.de re iudic.Ita dixit Pet.de anch.in conſi.78.incipiẽte,excellẽs dñe col. 3.Sozin.conſi.274.col.penul.Decius conſi.38.incipiente,circa primũ in.1.volu.col.5,Claudius in.l.in ꝓuinciali.§.qui opus.ff.

de noui oper.nunt.Stephanus beltr.conſi. 1 3 0.incipiẽte, quemad modum p glo.in clem. 1 .de ſequeſtr.poſſ.& fruct. Calcaneus conſi.
21 1 1 3.incipiẽte,in cauſa illorũ verſi.†Et hec exceptio nullitatis nec vnq̃ hmõi exceptio cenſetur excluſa per ſtatutũ excludẽs oẽs exceptiones, vt tradit Dñs Hippolyt.de Marſiliis Dñs & pceptor meus i conſi.7 6.nu. 1 3.& conſi.8 1.nu. 3 8.in.2.volu.Idẽ voluit Sozi. in conſi. 8 3.in fine in.4.volu.incipit p clariori.Pręd ícta tamẽ oĩa pcedere intelligas quãdo tales exceptiones ſunt notorię & euidẽtes vel poſſunt incontinẽti pbari p ea quę dicũt Bart.& doctor in.l.4. §.condẽnatũ.ff.de re iudic.vbi dicũt q in executione ſentẽtię opponi põt ad illã impediendã euidẽs ſentẽtię nullitas vel quę incõtinẽ
22 ti pbari põt.†Notoria enĩ nullitas pualet ſentẽtię etiã ſup executione latę glo ſa eſt notabilis in.c.& ſi nõ cognitio. 2 5.q.2.quã gloſ. ſequit Imol.in clem. 1.col.9.verſi.Nunqd de re iudic. vbi dixit q merus executor parere nõ teneṫ ſuperiori viſa notoria nullitate ſententię:& ad hoc plura allegat Roma.in conſi.ſuo incipiẽte, attẽtis his quẽ refert & ſequiṫ Fely.in.d.c.de cętero col. 1.verſi.Primus eſt
23 de ſent.& re iudic.†Et dixit Iaſon in conſi.8 5.in. 1.volu.incipiẽte, punctus pſentis q exceptio falſitatis quę incõtinẽti pbari põt, admittitur etiã cõtra inſtrumẽtũ depoſiti, ad idem facit quod voluit Corn.conſi.208.in.3.volu.nu.2.& in conſi.204.nu. 1.in.2.vol. & ſolẽnis doctor Dñs & pceptor meus dñs Hippo.de marſil. conſi.
24 1 6.nu. 1 8.& conſi.cxi.nu.2 1.in.2.vol.†Qñ autẽ hmõi exceptiones nõ eẽnt notorię:& indigerẽt lõgiori indagine, tũc nõ releuarent corã executore ppoſitę. Ita dicũt Bar.& doct.in.d.l.4.§.cõdẽnatũ .ff.de re iudic.Nec minus releuarẽt excipiẽtẽ qñ executor videret illas opponi p malitiã cã dilatãdi ſolutionẽ.Nã tũc ppter illas non tardabit executionẽ Inno.in.c.poſt electionẽ i fine de conceſſ.pben. Ab.i.c.paſtoraľ.§.q avero & i.c.ex pte.el. 2.de off.delegat.& idẽ Ab. i.c.nullus de pſump.& i.c.iterpoſita i pri.de appel.& plura alia accumulat Fely.i.d.c.de cetero col. 3.verſi.limita oĩa pdicta. Adde q idẽ voluit domi.i.d.c.de cętero.Cui⁹ lectu.ſup. 2.decretaliũ admodũ fertilis & copioſa apud me eſt nõdũ ĩpręſſa, idẽ voluit ẽt Alex.cõſi.
25 1 8 1.incipiẽte, in cã & litę col. 2.nu. 3.i.vi.volu.† An autẽ executor recuſari poſsit ſuſpectus vide Inno.i.c.ppoſuit de appel. doct. i c.nouit eo.tit.vbi Card.& i clem. 1.§.penul.de for.cõp. Archi.i.c. ſunt quorũ. 2.q.vii.Et quia ſuperius dictũ fuit, q exceptio quę incontinẽti probari poteſt impedit executionem, operepreci um exiſtimaui inſerere hic quando incontinẽti probari dicatur exceptio.

26 † Circa quód Innoc.in.c.veniens de teſtibus, dixit ꝙ incontinenti quid probari dicitur arbitrio iudicis attenta negocii & perſonarũ qualitate, quem ſequuntur ibidem Imol.& Abb.idem voluit Bal. in.l.ſi ex falſis.col. 3.C.de tranſac.& in.l.final.C.de ordin.cognit. Idem in.l. 2.C.de edict.diu.adria.tol.in.l. 3.§.ibidem.ff.ad exhib. glo.in.l.is a quo in verbo hodie.ff.vt in poſſe.legat. Iſtam partem tenuit Areti.in.d.c.veniens, vbi dixit ꝙ iſta eſt cõmunis opinio, & ꝙ in practica ſeruatur. Barto.vero in.d.l. 3.§.condẽnatum dixit, ꝙ incontinenti dicitur probari ſi probetur intra tempus, infra quod fieret executio ſententię ſi talis executio nullitatis non eſſet oppoſita. Idem tenuit idem Bart.in.l.is a quo in princ.ff.vt in poſſ.legat. & in extrauagan.ad reprimendam in verbo ſummarię cũ quo pertranſeunt Card.& Io.de imol.in.c.cum in iureperitus de off.deleg. Angel.in.l.ille a quo.§.tempeſtiuum.ff.ad trebel. Butr.in.d.c.veniens de teſtib. Alex.& Iaſon in.d.§.condemnatũ vbi Alexan.dixit ꝙ id quod dicitur per Inno.& alios ꝙ ſit in arbitrio iudicis quãdo probari dicatur incontinẽti, debet intelligi ꝙ arbitrium iudicis regulari debeat iuxta predictam doctrinam Bart. & ſequaciũ. Opinionem tamen Innoc.ſequitur Fely.in.d.c.veniens.el. 2.de teſti.in verſi. Sexta concluſio. Addens ꝙ Bal.in.l.vlti.C.de iudi.per illum tex.dicebat ꝙ offerens ſe probaturum incõtinenti probare poterit infra triduũ. Ab iſta opinione Inno.& ſequacium in practica non diſcederẽ cum iure cautũ non reperiatur huiuſmodi iudicis ſeu executoris arbitrium coartatum eẽ ad aliquod certum tẽpus. Vnum tamen non omitto, ꝙ quando incontinenti aliquid eſſet probandum non ſunt expectandi teſtes de vltra montes: Ita dixit Innocẽ. in.d.c.veniens argumento tex.in.c.literas in fi.de reſtit.ſpolia. His tamen quę dixi ſuperius circa exceptiones ſupradictas videt obſtare id quod dicunt domini Curiales in iſta materia, dicere.n.ſolent, vt ſæpe dixi, ſolue & repete, quod eſt contra tex.in.l. 3.ff.de cõpen. vbi habetur, ꝙ melius eſt non ſoluere q̃ ſolutum repetere. Et ex iſtis ſit finis huius centeſimę queſtionis in iſta materia eccleſiaſticę pẽſionis. In qua licet q̃plures alias quæſtiones collegerim, cũ tamen illas propter varias occupationes reuidere & corrigere hucuſq; nõ potuerim, illarum editionẽ in aliud tempus differendam duxi: eas tamen deo optimo maximoq; fauente. ocii opportunitatem nactus ſi in humanis ero ad communem ſtudiodoſorum vtilitatem in medium emittere conabor. Laus Deo omnipotenti.

CVm ſæpius in diuerſis quæſtionibus huius noſtri tractatus mentionem fecerimus de tranſlatione penſionis, quæ fit de vna perſona ad aliam vigore facultatis a ſede apoſtolica indulte ei cui penſio reſeruatur vt patet in.q.74.88.et.q.vltima,& penul. ſupra, ac etiam de penſionis extinctione quę fit receptis anticipatis penſionibus de qua diximus ſupra.q.87. Ideo operepreciumeſſe & quodammodo neceſſarium exiſtimauim⁹ ad cōmodū eorum qui Romanę curiæ ſtilum ignorant: qui quidem plurimi ſunt vt atteſtatur Lappus allegat. ſua. 52. incipiente. letatus ſum: hic inſerere formam tranſlationis & extinctionis penſionis ſm ſtilum Curiæ vt facilius dicta in predictis quæſtionibus ab his qbus Curiæ predictę ſtilus non innoteſcit intelligi valeant.

Forma ſupplicationis quæ fit in tranſlatione Penſionis.

BEatiſsime pater, cum deuotus ſanctitatis veſtrę of. Ioānes Ceccolinus clericus Piſaurenſis cui alias penſio annua ducatorum viginti auri de camera ſuper fructibus redditibus & prouentibus parrochialis eccleſię ſanctę Mariæ de caſtro galiardo foroſempronienſis Dioceſis ſibi quo ad viueret vel procuratori ſuo legittimo annis ſingulis p Franciſcū de albertinis dictę parrocchialis eccleſiæ Rectorem & ſucceſſores ſuos dictam eccleſiā pro tempore obtinētes in terminis & locis in litteris & pceſsibus deſuper confectis expreſsis & contētis integre perſoluenda apoſtolica auctoritate reſeruata conſtituta & aſsignata extitit cum poteſtate & facultate penſionem huiuſmodi in quācunq; aliam pſonam de qua ſibi videretur etiā quecunq; & quotcūq; eccleſiaſtica beneficia obtineñ. & expectantem abſq; alio dicti Franciſci conſenſu in hoc tunc expſſe conſentiētis & ſucceſſorum ſuorū transferēdi caſſationi & extinctioni pēſionis ſeu illius reſeruationi huiuſmodi ac illius tranſlationi ex certis cauſis ad id animū ſuum mouētibus conſentire proponat prout cōſentit de preſenti ſupplicat humiliter. S.v. deuotus of. Antonius manfredus clericus Piſaureñ. dioceſis quatenus pēſionem ſeu illius reſeruationem predictas caſſantes & extinguentes ac modernū dictæ eccleſiæ Rectorem & ſucceſſores prefatos ad illius ſolutionem dicto Ioanni de cętero faciendā amplius non teneri & ob illius non ſolutionem ali

quas cenſuras & pœnas minime incurrere decernentes ſibiq; vt cō
modius ſuſtentari valeat de alicuius ſubuentionis auxilio prouidē
tes ac ſpecialem gratiam facientes ſibi ſimilem penſionem annuā
xx.ducatorum auri ſimilium ſuper dicte parrochialis eccleſiæ fru/
ctibus redditibus & prouentibus quorum medietatem ipſa penſio
non excedit ſibi quo ad vixerit vel procuratori ſuo legittimo p mo
dernum Rectorē eccleſiæ predictę & ſucceſſores prefatos annis ſin
gulis in prioribus ſeu aliis locis & terminis in litteris ſtatuēdis ac
ſub ſententiis cenſuris & pœnis eccleſiaſticis in talibus apponi ſo/
litis integre perſoluēdam & alias eiſdem modo & forma quibus di
cto Ioanni reſeruata erat reſeruare conſtituere & aſsignare dignemi
ni de gratia ſpeciali non obſtantibus conſtitutionibus & ordina/
tionibus apoſtolicis cæteriſq; contrariis quibuſcunq; cum clau/
ſulis opportunis & conſuetis.

ET cū abſolutione a cēſuris ad effectum.&c.Et quod obſtañ.
oīs habeatur pro expreſsis ſeu in totum vel in partem expri/
mi poſsint & cum caſſatione extinctione & decreto predictis
quo ad que preſentis ſupplicationis ſola ſignatura ſufficiat atten/
to ꝙ literę ſuper reſeruatione nouę penſionis expedientur, & cum
noua penſione predicta pro dicto oīe quę tranſeat ad ſucceſſores &
alīs vt ſupra.Et cum acceſſu ſeu regreſſu ad dictam parrochialē ec/
cleſiam ob non ſolutionem penſionis ac decreto irritanti.&c.ac alīs
in omnibus & ſingulis euentibus prout ipſi Ioanni reſeruata erat
latiſsime extendenda & ꝙ p̄miſſorum oīum qualitates inuocatio/
nes denominationes annexorum & fructus augendo vel minuēdo
quantum opus fuerit regula non obſtante.Necnon nominū & co
gnominum ac tenoris primę reſeruationis aliorūq; neceſſariorum
maior & verior ſpecificatio fieri poſsit.Et ſi ſuper fructibus eiuſdē
eccleſiæ alia vel alię penſiones annuę reſeruatę ſint dummodo om/
nes penſiones huiuſmodi medietatem eorūdem fructuum non ex/
cedant exprimi poſsit in literis.

SCiendum eſt etiam ꝙ qñq; Papa ei cui reſeruat annuam pēſio
nem ſuper fructibus beneficii dat facultatē illam transferendi
in aliam pſonam quam tranſlationē facere poſsit quilibet loci or/
dinarius aut canonicus alicuius metropolitane vel alterius cathe/
dralis eccleſiæ:aut perſona in dignitate eccleſiaſtica conſtituta eli/
gendus aut eligenda per ipſum penſionarium qui penſionem tranſ/

ferre vult ſeu per eius procuratorem, verba autem litterarũ quibus concedi conſueuit talis facultas eſſe ſolent talia Tibiq; vt quicũq; loci ordinarius aut canonicus alicuius metropolitane vel alterius cathedralis eccleſiæ aut perſona in dignitate eccleſiaſtica conſtituta ad id. per te vel procuratorẽ tuum eligendus aut eligenda pẽſionem huiuſmodi in totum vel in partẽ de expreſſo tuo conſenſu caſſare penitus & extinguere ac ẽt aliam illi ſimilem pẽſionem annuã cuicũq; alteri clerico per te ad id nominãdo ẽt quecunq; quotcũq; & qualiacũq; beneficia eccleſiaſtica obtinenti & expectanti eidẽ clerico ſimiliter quo ad viueret vel procuratori ſuo ad id ab eo ſpeciale mandatũ habenti per dictũ. A. & ſucceſſores prefatos annis ſingulis in feſto & loco ac ſub ſnia & pœna ac alĳs modo & forma premiſsis integre perſoluendã abſq; alio A. & ſucceſſorum pdictorum pſtando deſup conſenſu reſeruare cõſtituere & aſsignare libere & licite valeret de ſpeciali gratia indulſit.

Forma tranſlationis penſionis quæ fit per perſonam in eccleſiaſtica dignitate conſtituta.

PAVLVS dei gratia epiſcopus Teatinus vigore clauſule in infraſcriptis litteris apoſtolicis contẽte videlicet tibiq; vt quicunq; loci ordinarius aut canonicus alicuius metropolitane vel alterius cathedralis eccleſiæ aut perſona in dignitate eccleſiaſtica cõſtituta. Executor ad infraſcripta ſpecialiter electus & aſſumptus venerabilibus & circũſpectis viris bonę memoriæ Marci ſanctæ Mariæ in via lata diaconi Cardinalis de corneliis nuncupati in canonicatu & prebenda eccleſiæ Taruiſinę ac parrochiali eccleſia ſancti Io. Baptiſtę Taruiſine diœceſis ſucceſſoribus canonicatum & pbend. ac parrocchialem eccleſiam pdictos pro tempore quomodolibet obtinẽtibus. Necnon illi vel illis ad quem vel quos infraſcriptum tangit negociũ ſeu tãgere poterit quomodolibet in futurum quibuſcũq; noĩbus cenſeantur aut quacunq; prefulgeat dignitate Sal. in dño & noſtris huiuſmodi: Immo verius apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Litteras ſanctiſsimi in xpo patris & dñi dñi noſtri Clementis diuina prouidẽtia Papę ſeptimi eius vera bulla plũbea cum filis ſericeis rubei croceiq; colorũ more Romanæ curię ĩpendẽ. bullatas: ſanas ſiqdẽ & integras nõ viciatas, non cancellatas, neq; in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio & ſuſpitione carẽtes, vt in eis prima facie apparebat nobis pro parte

venerabilis viri Aſcanii rufini clerici Romani principalis in infra/
ſcriptis literis apoſtolicis nominati coram notario publico & te/
ſtibus infraſcriptis preſentatos nos cum ea qua decuit reuerentia
noueritis recepiſſe huiuſmodi ſub tenore: Clemens epiſcopus ſer/
uus ſeruorũ dei dilecto filio Aſcanio Rufino clico Romano. &c.
Hic inſeritur totus tenor literarum apoſtolicarum reſeruationis
penſionis. Poſt quarum quidem litterarum apoſtolicarum pre/
ſentationem & receptionem nobis & per nos vt premittitur fa/
ctas. fuimus per prefatum dominum Aſcanium Rufinum cano/
nicum Baſilice principis apoſtolorũ de vrbe debita cũ inſtātia re/
quiſiti quatenus penſionem annuam quadraginta ducatorum aur
de camera vt in preinſertis literis apoſtolicis continetur ſibi reſerua
tam caſſare & extinguere illaq; caſſa & extīcta venerabili viro domī
no Mario ruffino clerico Romano dicti domini Aſcanii fratri licet
abſenti ſimilem annuam penſionem reſeruare conſtituere & aſsigna
re ac ad omnium aliorum in eiſdem literis cōtentorum executionē
procedere dignaremur iuxta earundem literarum apoſtolicarum vī
formam & tenorem. Nos igitur Paulus epiſcopus & executor præ/
fatus attendentes requiſitionem huiuſmodi fore iuſtam & rationi
conſonam volenteſq; comiſsionem huiuſmodi nobis factam ad ef/
fectum debitum deducere ac reuerenter exequi vt tenemur idcirco
auctoritate apoſtolica & qua fungimur in hac parte penſionem an
nuam quadraginta ducatorum auri de camera. Videlicet vigiti ſu/
per canonicatus & prębende eccleſię taruiſine quos poſsidet domi
nus Alexander thealdinus & reliquorũ viginti ducatorũ huiuſmo/
di ſuper parrochialis eccleſię ſancti Ioānis baptiſte taruiſine dioc.
de quibus in pręinſertis literis apoſtolicis fit mentio & quam do/
minus Franciſcus ramberti clericus venetiarum obtinet fructibus
redditibus & prouentibus eidem domino Aſcanio vt in pręinſertis
literis apoſtolicis continetur reſeruatam cōſtitutam & aſsignatam
& per bonę memorię Marcum Cardinalem de corneliis & ſucceſſo
res ſuos canonicatum & prębeu. ac parrochialē eccleſiam pro tēpo
re obtinentes annis ſingulis in terminis & loco ac ſub ſententiis cen/
ſuris & pœnis in pręinſertis literis apoſtolicis contentis & expræſ/
ſis: prefato domino Aſcanio ſeu eius legittimo procuratori integre
perſoluēdam reſeruationem cōſtitutionem & aſsignationem huiuſ
modi de expręſſo ipſius domini Aſcanii conſenſu ibidem pręſentis
& conſentientis caſſauimus aboleuimus & extinximus: caſſamus
abolemus & extinguimus: per præſentes præfatoſq; dominos Fran

ciſcum & Alexādrum ac ſucceſſores ſuos ad illius ſolutionem dicto domino Aſcanio vlterius faciendam non teneri neq; propterea cen/ ſuras & pœnas prædictas quouiſmodo incurrere eadem auctorita/ te decernimus & declaramus,& nihilominus eandem vel ſimilē an/ nuam penſionem præfato domino Mario principali quo aduixerit exigenda percipienda & leuanda de ſimili ipſius domini Aſcanii cō ſenſu per eoſdem dominos Alexandrum & Franciſcum ac ſucceſſo/ res præfatos in terminis & loco & ſub ſimilibus ſententiis cenſuris & pœnis eidem domino Mario principali vel procuratori ſuo legit timo integre perſoluenda eadem auctoritate reſeruamus conſtitui/ mus & aſsignamus preſentium tenore INIBENTES domi/ nis Alexandro & Franciſco dictæ bonæ memoriç Marci Cardina/ lis ſucceſſoribus & veſtris ſucceſſoribus prefatis quibus pſēs no/ ſter proceſſus dirigitur ſupradictam commiſsionem ac literas apo ſtolicas huiuſmodi noſtrum proceſſum ac omnia & ſingula in eis contenta communiter vel diuiſim intimamus inſinuamus & no/ tificamus ac ad veſtram & cuiuſlibet veſtrum notitiam deduci/ mus & deduci volumns per preſentes & nihilominus vos Alexan/ drum & Franciſcum & ſucceſſores predictos & veſtrum quemlibet inſolidum in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub pœnis ſententiis & cenſuris.in preinſertis literis contentis. quas & earum quamlibet vos & veſtrum quemlibet niſi feceritis quç vobis in hac parte pre/ cipimus incurrere volumus ipſo facto prout dictus Clemens in/ currere voluit diſtricte precipiendo mandamus quatenus annis ſin gulis in loco & terminis preinſertis prefato domino Mario vel pro/ curatori predicto ad hoc ſufficiens mandatum habenti pro eo pen ſionem annuam predictam iuxta reſeruationis conſtitutionis & aſ/ ſignationis prædictarum vim formam & tenorem ſine difficultate & cōtradictione quibuſlibet efficaciter perſoluatis & veſtrum qui/ libet pſoluat aut vos cum dicto domino Mario principali vel eius procuratore prçdicto ſuper hoc amicabiliter concordetis & veſtrū quilibet concordet. MONEMVS inſuper modo & forma p̄/ miſsis vos omnes & ſingulos ſupradictos, & alios quoſcunq; tam eccleſiaſticos q̄ ſeculares cuiuſcunq; dignitatis,ſtatus,gradus, or/ dinis vel conditionis exiſtant,aut eorum quemlibet vobis & cui/ libet veſtrum diſtrictius inhibentes ne prefato domino Mario prin cipali vel eius procuratori predicto quominus de dicta annua pen ſione integre ſatisfactum fuerit impedimentum aliquod preſtetis ſeu preſtare,aut ipſum impedien̄.detis,ſeu dent auxilium cōſilium

vel fauorem publice vel occulte directe vel indirecte quouis queſi to colore, ſed in omnibus & per omnia huiuſmodi mandatis apo- ſtolicis atq; noſtris pareatis ſeu pareant realiter & cum effectu. QVOD SI FORTE &c. CETERVM cum ad exe- cutionem premiſſorum. &c.

Forma ſupplicationis pro extinctione penſionis.

Beatiſsime pater cum deuotus. S. v. of. Hieronymus de angelis clericus Piſaurenſis cui al's penſio annua. xx. du catorum auri de Camera ſuper canonicatus & preben dę eccleſiæ Foroſempronienſis quos deuotus ſanctita tis. v. Antonius de gigantibus clericus dictę Foroſem pronienſis diœceſis obtinet fructibus, redditibus, & prouentibus, & per eundem Antoniũ & ſucceſſores ſuos canonicatũ & preben- dam predictos pro tẽpore obtinẽtes eidem Hieronymo quo ad vi- ueret vel ꝓcuratori ſuo legittimo annis ſingulis, & al's prout in ſup plicatione deſuper expedita plenius continetur ſoluenda auctorita te apoſtolica reſeruata, conſtituta, & aſsignata extitit certis ſibi de- ſuper anticipatis ſolutionibus, ſeu aliis de cauſis ad hoc animum ſuum iuſte mouentibus, ꝙ huiuſmodi penſio quo ad omnes eius partes caſſetur & extinguatur, conſentire paratus exiſtat prout con ſentit de preſenti. Supplicat igitur humiliter. S. v. of. prefatus qua- tenus conſenſum huiuſmodi admittentes, ſeu admitti mandantes ſibiq; ſpecialem gratiam facientes pẽſionem huiuſmodi caſſare, & extinguere ac annullare: & Antonium & ſucceſſores prefatos in di- ctis canonicatu & prebenda ad illius ſolutionem de cætero eidem Hieronymo vel procuratori ſuo faciendam deinceps non aſtrictos nec obligatos fore, & propter illius nõ ſolutionem aliquas pœnas, nec cenſuras eccleſiaſticas incurrere non poſſe: decernere & declara- re dignemini, de gratia ſpeciali non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, cęteriſq; contrariis quibuſcunq; cũ clauſulis conſuetis & opportunis.

Et cum abſolutione a cenſuris ad effectum &c. etiã in caſibus regu læ &c. Et de admiſsione conſenſus, caſſatione, extinctione, & annul latione dictę penſionis de cætero: & declaratione pmiſſis quę pro ſigillatim repetitis ad partes habeantur: & ꝙ preſentis ſupplica- tionis ſola ſignatura ſufficiat, & vbiq; fidem faciat. & de conſenſu dicti Hieronymi.

BIBLIOTECA NAZ. ... ROMA

Venetiis impreſſum, mandato & expenſis dominorum Franciſci & Michaelis de Tremezinis, a Nicolao Ba/ ſcarino, Menſe Maio, Anno dñi. M D X L I I.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P
Q R S T Omnes ſunt quaterni.
Tabula per ſe patet.



S. ANDREAS